
# ORATIONES
à
Iohanne Pfeffingero
&
Henrico Salmutho
Theologis,

IN ACADEMIA INCLYTA LIPSIENSI, ANNIS DIVERSIS PRONVNCIATAE, cum ab ijs pro antiquo more Rectores ex Bauarica (quam vocant) natione, solenni conuentu indicto, subditis commendarentur Viri Clarissimi:

*Ioachimus Camerarius Pabepergensis.*
*Henricus Salmuth Suinfurtensis.*
*Iohannes Homilius Memmingensis.*
*Leonhartus Lycius Hippolsteinensis.*
*Victorinus Strigelius Kaufbeierensis.*
*Iohannes Stromerus Aurbachius.*
*Georgius Masbachius Suinfurtensis.*



Collectæ & editæ
à
IOHANNE SALMVTHO S. S. Theol. Lic.

* * *

SERVESTÆ,


ANNO M. D. LXXXVIII.

3

# AD VIRVM AMPLISS. DN. MICHAELEM MASCVM, I. V. DOCTOREM, ET REIP. BRVNSVICENSIS Syndicum primarium,

## Iohannis Salmuthi Lic.

### PROOEMIVM.



*VM PROXIMIS SVPErioribus annis lucubrationes atq; aduersaria aui mei materni Iohannis Pfeffingeri, & Henrici patris, iam pridem ex hac vita in illam meliorem euocatorum in manus sumerem: hic mihi præcipuè finis constitutus fuit, vt ijs legendis doctior euaderem. Vt verò sensi me non planè esse frustra spe mea, studui quantum potui, ea certo ordine digere, vt singula suo tempore in lucem edita prodirent, atq; hac ratione aliorum quoq; studijs inseruiretur. Feci initium ab homilijs, qui sunt sermones habiti de ijs, quæ in Christianis Ecclesijs ad populum frequentem legi atq; explicari solent. Si ex me quæratur, vt initia se dederint? scilicet hoc responderim, Rem ipsam quasi loqui. Magno enim studio propter facilem & exquisitam methodi rationem: & verborum perspicuitatem: rerum*

*deniq, quæ in illis tractantur delectum, quæ hactenus edita sunt, à compluribus expeti, & esse apud bonos in precio atq; magnifieri, mihi est exploratum. Etsi enim variâ variorum sunt de omni scriptionum genere iudicia, dum quilibet, vt sapit, ita probat vel improbat, quod legit: Ego tamen me non errare, veniam certè mereri confido, si bene vel præclarè etiam de illis lucubrationibus sentiam: atq; studium diligentiæ meæ, & laboris multiplicis, quem ijs colligendis atq; proferendis impendi, DEO gratum, Ecclesiæ vtile, & rerum Theologicarum studiosis, atq; adeò pietatis & doctrinæ eruditæ amantibus probari, eq; infructuosum futurum, mihi nimò policeor. Dicerem aliquid amplius, nisi stimonium domesticum suspectum posset videri. Hoc saltem addo, me non deterritum esse quorundam iniquis iudicijs, sed multò magis accensum, ad reliqua, vbi paululum plus ocij nactus fuero, expedienda. Quæ sanè, quem genium sint habitura qua futura est posteritas, & melius & candidius i dicabit, neq; committet, opinor, vt scombris & peri caua tegmina ex ijs fiant, quod de quorunda centonibus potius quàm libris vère pronunciâru. Qua de re insigne est Aristoclis illud, de Aristotelis calumniatoribus pronunciatum, citante Eusebio: Omnes, inquit, erant sophistæ & contentiosi, quorum nomina & libri citius quàm corpora perierunt. Horũ itaq; causa dũ non desino, si vacat, inter chartas re-*

*tas relictas conquirere, (quæ vſpiam) quod rem literariam quocunq; modo poſſet iuuare: incido in pagellas, quibus collectæ erant orationes ab auo & patre meo habitæ diuerſis temporibus, & in Epiſtolas, quas viri ſummorum ordinum præſtantiſſimi, de grauiſſimis rebus ad illos dederunt. Earum lectione non modò animus meus mirificè recreatus eſt, ſed etiam iudicium de nonnullis confirmatum, ſuntq; mihi dignæ omninò viſæ, quæ cum alijs communicarentur. Patri certè meo charas fuiſſe has orationum paginas, inde animaduertere potui, quod diuerſis temporibus conſcriptæ atque pronunciatæ, magna diligentia aſſeruatæ, & in vnum librum colligatæ fuerint, cùm in reliquis id genus commentationibus ſimile quid non viderem obſeruatum. Quod verò intelligerem non vnius omnes argumenti eſſe, rectiſſimè me facturum arbitratus ſum, ſi in tres veluti partes illas diſtribuerem, quarum prima orationes, pro Lipſienſis Academiæ more veteri & laudatiſſimo, in commendatione Rectorum habitas: altera in promotionibus Theologicis pronunciatas: tertia deniq; de nonnullis doctrinæ Chriſtianæ capitibus conſcriptas, complecteretur. Quo ordine in edendis Epiſtolis vti commodiſſimè liceat, nondum pronunciare poſſum. Continentur enim in illis varia, quibus diſponendis opus eſt iudicio magis, quàm diligentia. Nam quæ per annos quinquaginta continuos, ab eo ſcilicet tempore, quo doctrina cæle-*

 *ſtis,*

*..us, Dei beneficio, per Martinum Luterum & Philippum Melanchthonē, à pontificia idolomania repurgata est, in religionis negocio ácta sunt, illis notata atq; exposita pleraq; comprehenduntur, ut earum lectio fructuosa futura videatur, si quis rerum atq; casuum superioris ætatis seriem cognoscere, atq; uno intuitu ob oculos positam habere velit. De quibus suo loco. Hoc autem tempore, non incommodum fore existimaui, si illarum lucubrationum edendarum initium fieret ab eo orationum libro, quas auus & pater meus habuerunt publicè, solenni conuentu indicto, qui singulis semestribus Rector Vniuersitatis Lipsiensis electus, veluti in medium produci & ad subditos commendari solet.*

*Quid autem maiores nostros, quibus neq; sapientia defuit neq; virtus, ad hunc ritum introducendum & posteritati relinquendum commouerit, operæprecium est attentius considerare, præsertim cum suos etiam Momos habeat, superbia turgidos, prudentiæ inanes, qui hoc argumenti genus ex arte κολακευτικῇ desumptum, ad demulcendum Commendandi fauorem excogitatum autumant, propterea, quod viuorum laudatio sit irrisio, Quod aiunt Imperatorem Pescennium, respondisse autori panegyrici in illius laudes conscripti. Melius profectò nunquam satis laudatus princeps Traianus, qui in maxima Senatus populiq; frequentia, Plinium*

Consu-

*Coniuiem clementißimè audiuit, laudum Imperatoris noui præconium facientẽ: tamq; prolixa oratione subditis commendantem. Legimus tàm apud græcos, quàm latinos vsitatum fuisse, vt bellorum duces laudibus ornarent milites, quorum fides & virtus præclaris facinoribus perspecta fuit & cognita. Hæc laudatio publica non modò erat præmium laborum & periculorum ad illos, quos attinebat, sed etiam incitamentum ad alios. Quin etiam illustrior, eaq; solennis ijs tribuebatur, qui fortiter pro patria pugnantes, gloriosam quidem, sed suis luctuosam oppetierant mortem, quemadmodum testatur oratio funebris apud Thucydidem à magno illo oratore Pericle habita. Quoties Iulius Cæsar suos veteranos commendauit publicè, vt laudata virtus in benè merentibus cresceret, & hoc veluti calcari in alijs minus strenuis idem ardor* τοῦ ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, *exuscitaretur? Hinc Comici suos milites è bellis cum re & gloria redeuntes faciunt, qúibus non tam quæstuosum, quàm gloriosum fuit cum hostibus manus conseruisse. Et quoniam magna cognatio est castrensis militiæ cum literaria, tum quoad animum magnum in laboribus perferendis, alacrem in periculis adeundis, inuictum in hostibus profligandis: tum quoad priuilegia & præmia in vtrisq; castris proposita illustrißima: laudabiliter in scholas introducta fuit ea consuetudo, vbi iustis afficiuntur præmijs & honoribus benè meriti, ad eadem*

*lem expectanu......cantur industrij, tardiores etiam, nisi planè fuerint stupidi, ad amorē virtutis & honestatis impelluntur. Sed quia hic laudationis finis latius patet, & ad alia multa potest referri: propius ad hoc maiorum nostrorum institutum veniamus, quos scimus anno Christi Iesu 1409. ex Academia Pragensi, de diuersarum nationum hominibus, in hanc vrbem confluxisse, ibiq; sedem locasse, qua tempestate, & propter publica religionis dißidia, & propter priuatas Bohemorum indigenarum contra Germanos aduenas æmulationes, illa schola dißipata fuit. His nouis hospitibus accurata opus fuit commendatione, qua & existimationem de se conceptam confirma ..., & contra inimicorum obtrectationes munirentur. Ita enim plerunq; comparatum est, vt vanis rumoribus pateant aures imperitorum, nisi fuerint oppletæ melioribus iudicijs grauißimorum virorum, confirmatis morum grauitate, & erudita doctrinæ excellenti copia. Quod si tati corpori scholastico honesta fama fuit necessaria, multò magis capiti illius, hoc est, Rectori & aliorum gubernatori. Quare in id incubuerunt sedulò, vt publicè laudarent Academiæ Rectores, & cum singulari elogio ad subditos & quosuis alios præsentes producerent. Neq; caruit hoc consilium euentu salutari. Nam principum Friderici & VVilhelmi Thuringiæ Landgra iorum fratrum, munificam in se conuerterunt clementiam, & Senatus populiq; Lipsiensi-*

*psiensis studia & obseruantiam experti sunt, & scholam nouam celebriorem auctioremq́ reddiderunt. Quod si quis existimat, crescentibus adhuc rebus Academicis, & hominibus ignotis opus fuisse illa publica commendatione, quæ hoc seculo nostro superuacanea sit, vbi & ordinis huius autoritas propter antiquitatem & excellentiam sit illustris, & eorum, qui ad summum magistratum scholasticum euehuntur, virtus & eruditio omnibus probata: is mihi huius seculi mores & Academiarum statum præsentem non videtur satis perspexisse. Quid enim vbiq; ferè fiat, videmus. Quotus quisq; est, qui non voluptatum illecebras & harum instrumenta diuitias sibi magis optet ac maiore solicitudine quærat, quàm eruditionem? Maluit ille guttam fortunæ præ dolio sapientiæ: Nostri homines omnem planè exulare sapientiam paterentur, modò viuere liceat in voluptatis regno, & inanibus honorum titulis ac opibus vndiquaq; partis abundare. Dum autem in hæc caduca se abijciunt, animum ad sublimiora erigere nequeunt, quæ dum non intelliguntur, aut superbè contemnuntur, aut falsè exagitantur. Ac præclarè ageretur cum literarum studijs, si osores haberet tantum homines rudes, qui veluti asinus cantus sui deformitate ingenium: ita illi sermone & moribus suum de præclarißimo eruditionis bono iudicium produnt. In ipso literatorum medio reperiuntur, proh dolor, quibus sordent, quæ ex intimis sapientiæ*

*studijs*

*ſtudijs deprompta iſti nunq. am ſolidè didicerunt, ideoq; ad altiora fortè euecti, veluti ex tripode de illis pronunciant, & eò plus damni dant, quò plus ſibi iuris in illa ſumunt. Quapropter non minima cauſa exiſtit, hoc noſtro ſeculo, & ſanctè retinendæ & grauiter tuendæ huius conſuetudinis, contemtus noſtri ordinis ſcholaſtici, qui ſecum trahit faſtidium eruditorum, negligentiam diſcipulorum, ſolitudinem doctrinæ publicæ. Quæ mala quorſum ſint euaſura, non libet malè ominando pronunciare, cum illorum pœnæ ob oculos noſtros ferè obuerſentur.*

*Credo ex his eſſe planum, ampliſsime vir, Michaël Maſtie, neq; maiores noſtros viros grauiſsimos, neq; noſtri temporis ſtudiorum præſides, aberraſſe in hoc laudabili commendationum more inſtituendo, retinendo ac propagando, quem ſtuduerunt parentes mei religioſè conſeruare, & qualicunq; opera ſua adiuuare. Poſſum enim meminiſſe, me adoleſcentulum ex ore vtriuſq; ſubinde audire, huiuſmodi conuentibus intereſſe debere non tantum ſtudioſos adoleſcentes, ſed etiam profeſſores publicos, vt illi magiſtratum reuereri, eiq; debitam obœdientiam exhibere aſſueſcerent: hi verò collegam amarent, conſilioq; ſuo ipſius adminiſtrationem adiuuarent. Itaq; illos, licet occupati, adierunt ipſi libenter, & ſuis autores fuerunt ad eos frequentandos ſtudioſè. Quin etiam Rectoribus Bauaricæ nationis, cuius ambo membra fuerunt, quod debuerunt, rogati officium præſtitere libenter,*

*libenter, eosq; iuuentuti scholasticæ licet per se iuu virtutibus ac meritis satis superq; notos, hisce orationibus commendatiores reddere voluerunt. Has cur ad te mittam: an amor in te meus, an verò merita tua in Academiam faciant, incertus sum. Cur te absentem amem impensè, multæ mihi causæ sunt, de quibus in præsentia nihil. De meritis tuis in Academiam, ad te præsertim, pauciora quàm oportet. Dicā tamē aliquid. Gessisti bis officiū Rectoris, semel iuuenis, grandiorib. prælatus, vbi præclarū specimen dedisti, non tā ætate quàm virtute geri negocia commissa. Nam sicuti multi ætate senes, moribus sunt iuuenes, iuxta magnum illum sapientiæ humanæ Magistrum: ita multi ætate iuuenes, Dei gratia, moribus sunt senes, quorum adolescentiam nemo contemnit, nisi admodum inuidus, aut superbè stolidus. Tantam autem existimationem sibi de te conceperat Academia nostra, ex prima gubernatione, quæ in articulum incidit difficultatum arduarum ac deliberationum grauissimarum in re literaria, vt vix expectaret summum tuum in vtroque iure titulum. Itaq; te honoribus amplis. auctum, iterum rebus suis præesse voluit, quo commodo Reip. literariæ, que bonorum præsidio, quo terrore improborum, public[illegible] testantur acta, quæ tuam vigilantiam, tuos labo[illegible] tuam fidem loquuntur, & ad omnem posteritat[illegible] testabuntur. Accessisset idem honor tertiùm, nisi te media deliberatione auocasset ampliss: Brunsuice[illegible]*

siun[illegible]

*sium Resp. quæ te in rebus dubijs consultorem, & in legationibus amplissimis oratorem suum esse voluit, & vt arbitror, volet amplius. Quare hoc orationum opusculum accipe benignè, & si non propter me, saltem propter meos tibi gratum esse patere, & quod hactenus fecisti, viros bonos, tui amantissimos, qui te diu florentem & fortunatum esse cupiunt, in quorum numero meum quoq; nomen extare studeo, tibi habe quàm commendatissimos, neq; à laudabili isto proposito te auocari improborum molitionibus & calumnijs permitte, qui & qualescunq; sanè ijs videamur. Gaudeamus potius nobis, nomina nostra perscripta esse in cœlis. De quibus alius dicendi locus, vt spero, dabitur. Vale vir amplissime. Dresdæ. Calendis Ianuarij, inchoantibus annum à salutis exordio M. D. LXXXVIII. quem cum multæ tam veterum quàm recentium prædictiones nobis valde suspectum reddant: Deum oro, vt si quid astra mali inclinant, aut potius, si quid calamitatis impendentis ipsi nobismetipsis nostris peccatis attraximus: id omne clementer auertat, & Academias ac scholas, quæ sunt Ecclesiæ & Reip. plantaria, ab omnibus malis tutas præstet, per & propter filium suum, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, AMEN.*



# ORATIO I.

## IN COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri Reuerendi & clarissimi, Dn. IOACHIMI CAMERARII Pabepergensis, vtriusque linguæ professoris & præceptoris communis,

Pronuntiata à

IOHANNE PFEFFINGERO D.

ANNO M. D. XLVI.

BEATI OMNES, QVI TIMENT Dominum, qui ambulant in vijs eius, labore tuarum manducabis, beatus es, & bene gnoscitis, vt opinor, vniuersi, optimi & Poëtæ carmina, quæ quidem ijs verbis ego recitaui, o set sonus non ignotus auribus vestris, quippe audito bis in pueritia. Atq; de his verbis cum essem rogatu à singulari amico meo magnifico Rectore, vt hoc die in publico coram vobis verba facerem, quo initurus magistratum ipse esset, & more antiquo aliquid de ipso dicerem, De his igitur verbis hac occasione disputandum, & Rectoris nostri encomium quoddam cum his coniungendum putaui, oratione quidem neq; elegante neq; splendida, sed simplici & quotidiana, qualis sit illius necesse est, qui studijs eloquentiæ vacare non potuit. Sed intelligentur tamen, vt spero, ea, quæ à me commemorabuntur. Atq; magnifico etiam Rectori tale argumentum non ingratum esse futurum confido, vel quia maximè me decet, vel quia ipse didicit, & vsu comperit, omnem felicitatem vitæ fauore & benignitate Dei contineri.

Et quantumuis Mundus & huius progenies exultet atq

A gloriet.

oritur, Gloriani tamen hanc esse miseram & caducam, & arescentem, & secundùm prophetam fœnum. Videt ille quæ magnificant & expetantur in terris. Scit vnde Rhetores ducere argumenta laudationum & quibus è locis exquirere soleant quasi materiam commendationum. Genus, dignitas, honores, opes, vires, doctrina, & alia quæ sub illa tripertita bona animi, corporis, fortunæ subijciuntur, prædicentur & ab alijs & in alijs, qui beatum esse dicunt eum in quo hæc sunt, id est, qui his abundat.

Nobis autem beatus sit is, cuius ipsius est Deus Dominus. Non quòd hæc propitij & benigni Dei præclara dona despicienda aut abijcienda esse existimem, sed quòd in Christiano, qua[...] omnes volumus, non solum non laudabilia hæc sint, sed [...]nda etiam, si timori Dei & pietati Christianæ non

est generis nobilitas, in malis & impijs? Venatio est. Quid dignitas? Amanis aut Achitobelis excel[...]d honores & opes? Pharaonis, Saulis & Absolonis. Quid vires corporis, ingenij, potentiæ? Goliadicum robur, & Palaamitica versutia, & Senacheribicum imperium. Quid doctrina? Magorum Aegyptiacorum imposturæ.

Seruiant igitur hæc omnia & addicta sint autori omnium bonorum Deo & huic subijciantur, & hunc solum spectent, cupida obsequ[...]ndi voluntati ipsius, cum timore, & solicitudine ambulandi [...] vij s eius. Hoc est sapientiæ initium. Timor Domini purus erudiens corda. In via autem Domini ambulat is, qui audit verbum eius & custodit illud. Hoc verbum est æternæ & immutabilis voluntatis diuinæ, quam nobis enarrauit is, qui est in sinu patris filius Dei, λόγος, id est, sermo æternus apud æternum Patrem, in terris factus homo, IESVS Christus, via, ve[ritas] & vita.

Videtis, quantus se campus aperiat hoc loco excurrendi in [...]tionem & disputationem de maximis & grauissimis rebus de vero

de vero cultu Dei, de religionis sanctitate, de salute & vita æterna. Et meæ professionis hæc sunt propria, in qua cum tot annos fideliter magis quàm speciosè seruio Deo meo, non mihi deesset copia verborum ac sententiarum verba de his facturo. Sed temporis ratio est habenda. Et vobis qui & legitis & auditis hæc quotidie, satis fuerit rem esse indicatam.

Quid igitur fit de eo quem nos beatum esse asserimus pronuntiantes sententiam spiritus sancti? Aut quam ille vitam agit in terris? Sibi ne soli viuit? aut delitias facit, & voluptates sectatur viuendo? aut alijs est molestus atq; grauis? minimè. Sic enim inquit Spiritus sanctus: Labores manuum tuarum manducabis. Promittitur primùm successus & prosperitas. Non enim deserit Deus timentes se, neq; patitur in illorum labores irruere alios, sed de his alit ipsos & pro his benè eis facit & in hac vita & post mortem. Sed & quid fieri oporteat ostendit. Inseruies & proderis, inquit, alijs, & ad commoda eorum non ad damna conuertes labores tuos. Labores timentium Deum necesse est tales esse, quales sunt ipsi, id est, sanctos, pios, innocentes, vtiles, præclaros.

His igitur aluntur & hos exercent timentes Deum. Non degunt vitam turpem, nefariam, impiam, pestilentem, damnosam, futilem. Hæc est enim mundi vita, qui Deum non nouit, neq; timore illius tangitur, sed perit in peccatis suis. Huic est malè, cum sibi putat esse optimè. Hic est calamitosus, miser, infelix, cum sibi videtur beatus, florens, omnibus commodis affluens. Cum enim impius se stare putat, iacet: Cum sibi promittit longæuam vitam, moritur: cum fortunam luculentam, subito interitu peruertitur.

Hæc breuiter de pulcerrima & salutari sententia, quam præfatus fui, commemoranda duxi. In quam scio me verè cùm alios tùm Rectorem nostrum posse includere, quos in pœnitentia anteactæ vitæ, & in dolore eorum quæ flagitiosè, perperam,

negligenter fecerunt, audientes saluificum verbum Dei & Euangelium Christi, hoc maximè agere & conari scio, vt inter eos reperiantur, de quibus dicit Psalmus: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Omnes, ait, non enim reijciuntur vlli, ne quis eximijs quibusdam tantummodo hanc potestatem fieri arbitretur, Sic enim & Christus inquit: Quicunq; ad me venerit, eum non reijciam.

Quod si quid est in nobis eorum, quæ bona vocantur, ingenium, eruditio, virtus, & alia quæ magni fiunt apud homines, laudentur & illa, sed in timente Deum. Nam in alijs bona hæc non sunt. Quæ verè à me, non Stoica exquisitione dicuntur. Et grauiss. autor Plato præclarè disseruit, ijs etiam, in quibus fuerint præcipuæ dotes animi, corporis, & fortunæ, has ipsas & detrimentosas, & quibusdam exitiales fuisse. Alijs autem quis dubitare potest, qui regna, vrbes, domos euersas esse legit in historijs ab ingeniosis, doctis, magnis viris? Quomodo autem bona esse perhibebimus ea, quæ malum & infortunium accersunt eo[illegible] alijs?

Atq; possem [illegible]tis huius laudis nominibus verissima oratione ornare magnificum Rectorem nostrum, id quod ante biennium factum fuisse potestis meminisse, cum quidem inprimis & ante alia studium optimarum disciplinarum atq; artium in hoc non tam commendaretur, quàm proponeretur ad exemplum, quod adolescentia imitaretur. Hac apparebat illum tum laude maximè delectatum fuisse, cum is, qui tunc orationem habuit, propter amicitiam, quæ inter illos antiquissima intercedit, si alia maluisset dici, non aduersatus fuisset voluntati ipsius, in copia præsertim dicendorum.

Atq;, vt verum fatear, si tempus pateretur, libenter & ego cohortandi adolescentiam causa hanc pulcerrimam laudem plurib. efferrem in magnifico Rectore nostro: Atq; redarguerem vel persuasionem falsam stultæ, vel socordiam desidiosæ &

negligen

negligentis adoleſcentiæ, qui in hac abundantia & vbertate ſtudiorum, aut nihil prodeſſe eruditionem literarum putant, aut ignauia ſua diſcendi opportunitatem amittunt, & fugientes maximè honeſtos & vtiles labores, turpiſsimis & innocentiſsimis rebus occupantur. Et primùm diuinum numen atrociſsimè offendunt, & ſe eijciunt ex eccleſia Chriſti, quo nihil triſtius aut horribilius dici poteſt: deinde corpora facultatesq; ſuas affligunt ac frangunt: poſtremò ſe & ordinem ſcholaſticum infamant.

Sed neq; temporis breuitas hæc differere me ſinit, & dicentur atq; dici poterunt ab alijs melius atq; copioſius. Hoc poteram monere, miſerabiliter eos ſeipſos fallere, qui ſine cognitione mediocri linguarum & inſtructione bonarum literarum atq; artium, vel Theologi nomini ac dignitati ſatis facturos ſeſe, vel omnino eccleſiaſticæ adminiſtrationi fructuosè præfuturos eſſe opinentur. Nam etſi neminem repellimus à Chriſtianiſmo, & ſcimus ſimplicitatem maximè placere Deo, ipſum Chriſtum ac Apoſtolos contemtos fuiſſe vt indoctos: tamen neq; indocti fuere, neq; eſſe potuerunt vlli, qui benè & piè præfuerunt eccleſiæ. Ac Chriſtum quidem temerè ac falsò reprehenſum fuiſſe, non à doctis Phariſæis, ſed opinione falſa doctrinæ tumentibus, res ipſa loquitur. Apoſtolis etiam doctrinam non defuiſſe manifeſtum eſt. De horum autem ſucceſſoribus, & diſcipulis, & qui poſtea operam nauarunt in Eccleſia Chriſti, monumenta ſcriptorum præclarum dicunt teſtimonium.


Vt autem ſine dubio mirabiliter in occupatione prædicationis verbi Dei, aucta fuit in multis doctrina à ſancto Spiritu, ſicut legimus varijs linguis ab huius inſtinctu locutos fuiſſe Apoſtolos: ita nunc in hac ſenecta mundi à propitio Deo miſerto noſtri collatum beneficium ſtudiorum aſſumendum eſt. Quod etiam in timentibus Deum ac pijs non abſq; miraculo fortunatur & promouetur. Ignauiæ eſt hic & ſocordiæ prætextus, non

ſtudendum neq; curandam eruditionem ac doctrinam. Immò peſtis nocentiſsima eſt & contemtus, impius ac nefarius donorum Dei & chariſmatum ſancti Spiritus. Ac videmus quid in Eccleſia egerint & nunc agant indocti.

Omittam autem ſuperiora tempora, quibus imperitia & barbaries quaſi apri & feræ beſtiæ, eccleſiaſticam rem vaſtarunt & dilacerauerunt. Nunc obſecro quid fiat animaduertite. Quàm in hac luce veritatis, in bene fundatis ac conſtitutis eccleſijs, tumultuetur atq; turbulenta ſit audacia, quæ eſt vel ſola vel ma[illegible] [illegible]neruditorum. Cum autem diuus Paulus iubet præfici ec[illegible] [illegible] didacticos, nónne præcipit vt futuri præſides eccleſiarum doct[illegible]næ & eruditionis copiam ſibi parent? Qui enim ſunt didactic[illegible] [illegible]ertè qui alios docere poſſunt ac ſciunt. Docebitne autem alios, qui ipſe non didicit, aut à doctrina prorſus eſt alienus, ſæpe etiam doctrinæ omnis inimicus? Vt nunc multi, qui ægre ferent [illegible]iam inſcitiam contemni, non modò eccleſias ſed etiam ſchol[illegible] [illegible]e unt atq; perditas eſſe cupiunt. Sed nimis multum de his, præſertim in propoſito neq; tempus breue abſumendi longa oratione, neq; de ijs quaſi declamitare quæ ad alios magis propriè pertinent.

Quod igitur reſtat, vt concludam orationem, veſtræ dignitati viri clariſsimi, & vobis optimi iuuenes, per ſe quidem commendatum, tamen more maiorum etiam mea voce commendo magnificum Rectorem, [illegible] pietatis & opt. diſciplinarum atq; artium ſtudioſiſs. ſicut eundem ornatiſsimorum ac ſummorum virorum ſuffragijs factum atq; creatum, inter quæ & meum fuit, nuper renuntiaui. Hunc, vos dignitate & honoribus conſpicuos viros clariſs. oro, vt beneuolentia veſtra complecti, & fauore proſequi, & opera atq; ſtudio communi labores ipſius ſubleuare velitis. Reliquos hortor vt diligere tanquam communem præceptorem, amare atq; colere vt parentem, [illegible]e nerari vt gubernatorem, atq; magiſtratum ſummum huius

uersitatis scholasticæ, deniq; ea vt facere atque ita se gerere studeant, ne quis ad necessarias molestias & curas improbitate & contumacia illi aliquid miseriæ adiungat. Sed vt propter diuinum primùm mandatum, deinde & ciuilis vitæ honestatem, postremò sui etiam commodi causa; quisq; debitam morigerationem & obseruantiam ei præstet, vt & diuinæ iræ & legitimi imperij iustam animaduersionem vitare possit. Deus Pater Domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI dirigat consilia & actiones nostras ad gloriam nominis sui & vtilitatem ecclesiæ Christi, & benignè nobis largiatur & conseruet otium & pacem ac quietem necessariam studijs nostris, Amen.



# ORATIO II.

## IN COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsicensis Rectoris, M. HENRICI SALMVTH Suuinfurtensis,

Pronunciata à

IOHANNE PFEFFINGERO D.

ANNO M. D. L.

AVREM AVDIENTEM, ET OCVLVM videntem Deus fecit vtrunq;, inquit Rex sapientissimus Iudææ. Quid autem esset, non iam dico homo, sed omnino animans, absq; auditu & visu? nimirum haud longè à spongia differret. Sed non tantum aspicientem oculum, neq; audientem aurem dedit hominibus DEVS: verum etiam intelligentem, vt ita dicam, & sapientem oculum atq; aurem. Solum enim hoc animal & oculis consentientes partes ac pulcritudinem notat, & auribus consonantiam vocum percipit.

Itaq; cum ea quæ alios sensus iucundè afficiunt, voluptatis sæpe crimen sustineant, quia cum bestijs communes hæ sunt quasi titillationes hominibus, sola oculorum & aurium delectatio reprehensione caret. Quin etiam hoc est manifestum, per oculos & aures omnem vtilem & necessariam cognitionem transmitti in animos. His & diuina & humana vestigare atq; comprehendere homines cœperunt. Ac de humanis manifesta res est: de diuinis autem inquit Paulus scribens Romanis: Quæ videri in Deo non possunt, à condito mundo ex operibus ipsius intelliguntur & conspiciuntur.

Quæ cum ita se habeant, Si oculi & aures aliquorum ab eo se auertunt, qui creauit hæc præstantissima organa, aut ha

sum

ſummam pulcritudinem c[illegible] ontemplantur, aut omnino non curant, ij beſtijs ipſis deteriores ſunt. Quæ certè naturam ſuam ſequentes, ea, quæ in ipſis optima ſunt, tuentur. Hominis autem peculiaris natura eſt MENS, & RATIO, quæ, ſi non quærat veritatem, & inuentam cuſtodiat, corrupta tandem intereat, neceſſe eſt. Quid eſt enim intelligentia animi aliud? quàm veri à falſo ſeparatio. Quid autem inquit filius Dei? Ego ſum veritas, vita, & via.

Quare iam hoc conficitur, homini aures & oculos ad hoc eſſe datos, vt ſeruiant creatori ſuo, id eſt DEO, in comprehendenda veritate, & miniſterio deferendi ad animum omnia ea, quibus ille cognitione & ſcientia Dei inſtructus & plenus, rurſus effundatur, ad celebrandum illum laudibus & hymnis & prædicatione, vt eructet cor, ſecundùm Pſalmographum, verbum bonum, & inuocetur ac adoretu[illegible] omnibus [illegible] eus.

Hinc igitur & nos ducamus exor[illegible] noſtræ, qua more & inſtituto veteri huius Academiæ, laudationem quandam peragere debemus magnifici Rectoris Academiæ noſtræ, conuertentes oculos & aures ad ea, quæ oſtendit & loquitur Dominus, & gratias agentes miſericordi Deo, cum inter tot procellas nauiculam communitatis eccleſiaſticæ & ſcholaſticæ in his regionibus adhuc ſaluam & incolumem præſtat. Et imploremus opem eius etiam in poſterum.

Nam profectò, quamuis tempeſtates præſentes magnæ ſint, horribiliores tamen aliæ impenden[illegible] quarum vulgus metu non admodum tangitur. Cordati [illegible] pij homines tenebras appropinquantes vident, & murmura præcedentia exaudiunt. Alij autem ad hæc, vt fit, [illegible]ſceſcunt, tanquam veteri inſania oppedentes tonitruis. Alij quid de cæteris fiat non laborant, ſed ſibi cauent, & ſub aliquod tectum ſe recipere ſtudent. Nonnulli etiam leuitate quadam animi contemnunt omnia, neq; quicquam eſſe periculi arbitrantur.

Hos o[illegible] [illegible]nemus. Et audiamus monita diuina, & aspiciamus quæ nobis offeruntur. Sic enim ait Christus: Cum videretis abominationem desolationis, de qua dixit Daniel, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Item: Erunt bella, terræmotus, fames, pestis, terriculamenta, & signa de cœlo. Quid igitur amplius dicit? Videte, vigilate, & orate, non enim nouistis quando tempus venturum sit. Signa sunt ante oculos, & vox diuina resonat in auribus. Reliquum est, vt & attendamus, & commune esse negotium nobis persuadeamus, & non negligamus occasionem operandi salutem.

[illegible]rea ex animo gratias agamus Deo, qui immensa bonitate s[illegible] contra aliorum expectationem, aliorum opinionem, quodq; ipsi vix sperare ausi fuissemus, conseruat & protegit pias congregationes, & ad harum custodiam, adhuc aliquam quietem his regionibu[illegible]itur. Quod si quis paruum esse beneficium existimat con[illegible]ationem in his regionibus Ecclesiarum & scholarum, ille quam rationem sequatur, nescio. Non faciunt prudenter, qui mala vel accersunt vel exagitant. Neq; est opus irritatione illorum. Nimis citò, vt vereor, nobis difficultates plurimæ ante oculos interq; manus futuræ sunt. Has anticipare perturbatione intempestiua, neque necesse est, neque conducit.

Nos autem & hoc beneficium ingens esse statuamus, & ne hoc indigni [illegible]riamur, velimus prouidere. Notum enim est de narr[illegible] Euangelica, quàm inclementer a[illegible]atur attributá pecu[illegible] [illegible]llo, qui hac non esset vsus. Quod si ita accipitur is, [illegible]ecunia commissa non vsus fuit, quid futurum esse credemus [illegible], qui maximis Dei propitij donis petulanter abutuntur? Sed [illegible] in præsentia plura dicenda non sunt.

Venio igitur ad illud, cuius causa locum hunc conscendi, id quod pro ratione temporis, quod nobis ad dicendum conceditur, deinceps exequar. Ac de mea persona nihil disputabo, etsi pro-

etsi profectò optarim, alteri datum fuisse hoc munus, quàm mihi, qui non sum idoneus ad hoc genus scholasticarum declamationum. Sed, quoniam omnes nos in ecclesia domini nostri Iesu Christi, & huius ipsius capitis membra esse volumus, ferenda sunt in vnaquaq; re, & in omnibus conatibus honestis, etiam mediocria. nam, sicut vertit sententiam Paulinam Poëta Christianus,

> Multa diuitis in domo
> Sita est per omnes angulos supellex,
> Et alia quidem preciosior, alia vilior.

Seruiat igitur omnium industria & studium Christo, & feramus inter nos alij alios, quemadmodum & ego peto à vestr. benignitate & humanitate, viri præstantiss. & ornatiss. & optimi adolescentes, vt quod restat prosequentem me, sicut hactenus fecistis, patienter & libenter audiatis.

Neq; de more & instituto harum laudationum, neq; de causis huius verba nunc faciam. De re autem ipsa, melius vestræ doctrinæ notum est, quàm mihi, quid sequi & proponere sibi rectum sit éos, qui laudare aliquem volunt. Neq; enim meam ætatem decet, neq; mihi otium aliæ occupationes concedunt, relegendi præceptionum harum libellos.

Sed hoc certè monet communis hominum prudentia, à qua neq; me alienum esse oportet, ea maximè, si laudare aliquem velis, efferenda & quasi ostentanda esse, quæ ab auditoribus plurimi fieri constet. Itaq; iam videmus non modò iudicia, sed interdum etiam opiniones auditorum, totum hoc genus gubernare & regere.

Darium illum, qui Persarum regnum occupatum à Magis recepit, ita gloriatum fuisse accepimus potatione vini, vt in sepulcro etiam suo voluerit elogium perscribi tale, plurimum se [illegible] & ferre potuisse. Hoc igitur scilicet laudandum fu[illegible]m. Perrexisset aliquis ad Scythas cum tali lau-

 datione

.uone, non, vt arbitror, ex antum, sed exagitatus fortasse etiam sagittis, fuisset.

Quæ cum ita sint, videndum & nobis, quid in nostris conuentibus, & apud nos inprimis probari & admiratione dignum haberi soleat. Reperietur autem nimirum id, cuius gratia congregamur, & hi cætus instituti fuerunt. Finis enim ad omnia vel laudem vel vituperationem adiungere consueuit.

Quare igitur fundatæ sunt, & defenduntur ac augentur communitates scholasticæ? Non profectò, vt in his aliqui vel suauiter abutentes aliorum labore & defatigationibus, in ocio degant, aut vt libertatem concessam honestis studijs ad flagitiorum licentiam conuertant, sed vt ante omnia æternum Deum cognoscere & venerari & adorare & amare discant vniuersi, & vt bonis artibus instruantur, ad gloriam nominis diuini, & ad ecclesiæ Christi subleuationem, & vsum coniunctionis & societatis humanæ. Quod si hoc assiduè & diligenter fieri, aut strenuè & præclarè factum esse ab aliquo demonstretur, eum profectò merita laude affici, & ab omnibus iudicabitur, & ipse sentiet.

His quasi fundamentis iactis, facilis erit eorum, quæ restant, extruc Neq; enim alia iam quasi materia huius ædificij accersen nobis est, sed his paratis & collocatis vtendum. Etsi verè & copiosè poteram præconia quædam facere Franciceæ gentis, & ciuitatis, quam patriam magnifico Rectori nostro origo dedit. Quarum illa, ex omnibus Germanicis nationibus, virtutis & pietatis eximiam formam habet, & nunc etiam, sapientissimorum virorum iudicio, constantissimos & optimos viros, & in hac inualescente quadam affectatione externæ calliditatis, custodes antiquæ simplicitatis, proferre creditur. Hæc verò multas aliquando honestas familias & ipsa habuit, & cum alijs ciuitatibus communicauit, & floruit opibus ac potentia. Et nunc, communi quadam fortuna ciuitatum, multis amissis, retinuit tamen ac retinet, in Romano

ſuum, & amplexa ſemel veritatis cœleſtis doc
cultu per nonnullas difficultates perſeuerat.

Sed & magnifici Rectoris noſtri familiar
honoratam, & ſummis in patria honoribus
nunc quoq; fungentem, laudare poteram,
parentem conſulari dignitate eſſe ſciamus.

Sed, ad proprias laudes veniendum eſt
inquam ac patriæ, & communes ſunt multo
modo alienæ. Vbi rurſus tanta mihi copia offic
commemoratione inprimis digna ſunt, vt diffic
reddant, in hac præſertim temporis breuitate.

Sed quod ego plurimi facio & maximè probo, dicam, poſtea additurus, ſi licuerit, & alia. Hoc eſt, q gnificus Rector noſter, ita à puero inſtitutus, & ea for corporis adiumenta, & occaſionem etiam nactus, vt aliq viam ad ſpem eximiæ dignitatis, & opum, & ſplendoris ingre poſſet, huc maluit diuerti, vt per anguſtum iter tenderet ad regnum & ciuitatem Dei, in qua non modò ciuis eſſet, ſed curationem etiam aliquam gereret. In quo propoſito non potuit neq; præmia laborum apud homines, neq; exiſtimationem ſingularem, neq; excellentiam in terris, expectare, ſed potiùs his contraria ante oculos habere. Etſi enim fideliter laborantium non eſt inanis labor in Domino; et is, qui opus facit, mercedem reperit, & non in faſtis quidem ac diplomatis inſcribuntur nomina Magiſtratus eccleſiaſtici (qui ſunt doctores & paſtores gregis Chriſtiani) ſed in album cœleſtem & in librum vitæ referuntur: tamen quæ horum in terris humilitas & abiectio ſit manifeſtum eſt.

Quapropter hoc iudicium & iſta voluntas, in iuuene præſertim, apud me certè, admirationem maximam, & erga ipſum beneuolentiam ac caritatem ſingularem commouet. Solet hanc ætatem, quærentem de genere vitæ, inprimis tangere cura ac re-

iusdam, in qua commodè vel etiam iucundè
rę non apparet profectò in hac professione his
bus alij in possessione sunt fortunarum ecclesi.

em nostrum etiam aliquando permanet ali-
osit, obsecro quantillum est hoc? & quàm
u sero offertur? quàm difficulter obtinetur?
aligne? quantam inuidiam, obtrectationem,
ecum attrahit? Itaq; vel per se, vel certè in com.
ius professionis vtilitas nulla est, aut parua admo-
us vitæ cultum spectes, & emolumenta ac ho ores

uapropter amo & suspicio in hoc iuuene hanc affectio-
, quia ille profectò sancti Spiritus incitationi obtemperauit,
monitis paruit, & suum iudicium sententiæ, voluntatem
consilio diuinitatis subiecit. Et hanc maiorem laudem esse du-
co, quàm vllam aliarum rerum quarumcunq;. Inuenit autem
in hoc Spiritus Sanctus animum moderatum, & cor timore Dei
correptum, & pectus mansuefactum cultura bonarum artium.
Hæc enim profectò domicilia & tales sedes amat illius maiestatis
præsentia, & in his non modò manere, sed efficere etiam aliquid
noui & melioris operis solet. Non placet huic furor & demen-
tia, & petulantia vel opinionum vel dictorum ac factorum.
Non commigrat ad securos & contemtores, vel saltem negle-
ctores rerum diuinarum & humanarum. Non habitat in bar-
bariæ arrogantia, & superbia, & inhumanitate, & insolentia.
Immò profectò odit & fugit præfractos ac peruicaces, auersatur
supinos & somnolentos, resistit etiam elationi & violentiæ.

Ac scio mirificos esse flexus ingenij humani, & varias ani-
morum contentiones, in ijs pingendis & conformandis, quæ ali-
cui arriserunt, & pulcra vel recta etiam visa fuerunt. Sed nemo
fallat seipsum, Dico etiam ex hoc loco, quodam iure meo, quod
mihi

mihi concedit administratio [illegible] & officium meum. Nemo inquam, fallat seipsum. Est enim lubricum his temporibus iter, & procliue ad perniciosas aberrationes. Verùm sunt tamen manifesta opera Spiritus, secundùm Apostolum, caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. In his profectò non est illa præpostera sapientia, quæ refutatur ab eodem Apostolo, vt aliena à sobrietate. Non præcipitatio iudicij. Non vindictæ cupiditas. Non irritabilis quouis dicto ac facto displicente animus. Non item animus quietis impatiens, & nouarum rerum studiosus. Non Zelus aut ignorantiæ, aut malitię. Dissoluta autem semel disciplina, quò res non modò prolapsa sit, sed quò etiam indies prolabatur in deterius, vident boni & pietatis amantes, & magnum ex ea re dolorem capiunt, quem auget desperatio, his malis remedium inueniri posse, vt nihil iam nisi interitus & exitium huic ætati nostræ impendere videatur.

Quapropter omnes, apud quos adhuc locus esse potest salutaribus præceptis ac monitis, hortor, vt & in vera studiorum ratione, & amplectendo doctrinam cœlestis veritatis, & moribus ac vita moderanda, opt. & doctiss. virum, quem suffragia primorum huius Academiæ Rectorem creauerunt, ad imitandum sibi proponant. Hanc laudem illius eximiam & ipsam esse existimo, proponi ipsius prudentiam, pietatem, doctrinam, virtutem alijs, qui sequendo exprimant atq; referant. Ipsi autem pulcerrimum, est consensisse tot magnorum virorum iudicia in eum, & censuisse Academiæ nostræ gubernationem committi rectè ei posse. Cum enim omnis principatus ornamentum complectatur, hic eò videri debet splendidior, quò & à melioribus & præstantioribus viris confertur, & ab ambitione omni abest longius, & habet eos subiectos, quorum conditio & fortuna, aut cum eo qui præest, alijs temporibus exæquatur, aut amplior etiam aut superior inuenitur.

Ad te


Ad te autem magnifice Rector, vt tandem conuertatur oratio mea, tibi ego hortator sum, vt quemadmodum suffragijs clarissimorum & optimorum virorum præfectus es gubernationi Academiæ nostræ, ita etiam in gerendo hoc magistratu, non tam tuas rationes ac consilia, quam eorum, qui socij & adiutores huius administrationis esse debent, spectes ac sequaris. Est enim genus hoc principatus non regium, sed liberale, & ,vt ita dicam, consulare. Verum, neq; tibi ego præcepta dare nunc volo, neq; omnino opus esse existimo. Monitum igitur te esse satis fuerit. Est in te non modò diligentia & studium optimarum artium, & hoc ipso comparata facultas aliqua rectè & prudenter cogitandi, & copiosè cogitata eloquendi, quod profectò hominum genus semper vel bonum est, vel saltem tolerabile: sed in te etiam elucent, cum aliæ virtutes, tum inprimis moderatio, & sobrietas, & comitas, & antecedens omnes meritò alias pietas. Quæ erga Deum in te tanta est, vt omnes studij tui conatus sacris literis, & doctrinæ cœlesti dedicaueris. Qui autem timent Deum, & vera pietate colunt, ij iam sunt, quibus instructione & disciplina opus non est, sed qui ipsi & possunt & debent alios instituere & docere. Itaque iam hoc tantum à te peto, vt ad hoc semestre tempus, operam & fidem tuam libenter impendere velis nostræ Reipubl. & non grauatim de quiete studiorum tuorum detrahere tantum, quantum inseruiendo vtilitati communi occupari fuerit necesse.

Oro autem, & mecum omnes vos qui adestis preces coniungere vestras cupio, oro, inquam, æternum patrem Domini nostri IESV Christi; vt Spiritum sanctum suum, & magnifico Rectori nostro, & omnibus fideliter petentibus, secundùm promissionem Christi, benignè & munificè impertiri velit, vt dirigantur nostra corda ad cognitionem æternæ & immutabilis veritatis, & confirmentur animi nostri in hac retinenda & tuenda, vt & religiosè hanc suscipiamus, & fideliter

custodiamus,

cuſtodiamus, ad laudem DEI, & vſum Eccleſiæ CHRIS
& noſtrum omnium ſalutem. Vni, vero, ſoli, æterno, iu
omnipotenti, miſericordi Deo Patri & Filio & ſpiritui ſan
ſit laus, honor, gloria, victoria ſine fine. Pax, veritas,
& miſericordia Dei noſtri ſit ſemper
nobiſcum, AMEN.





# ORATIO III.

## COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri clarissimi, M. IOHANNIS HOMILII Memmingensis, disciplinarum Mathematicarum professoris,

Pronuntiata ab

## HENRICO SALMVTH D.

ANNO M. D. LX. IX. Maij.



ETERNVM, OMNIPOTENTEM, VERUM, sanctum, fortem, immortalem, iustum, misericordem Deum solum glorificari, & omni laude celebrari iubent scripta diuina. Et huius pronuntiant propriam esse sapientiam & virtutem. Sed eadem nihilo tamen minus, & in eo cœtu, qui peculiaris est Dei, id est, populus ex vniuerso mundo collectus ad cognitionem veritatis, religiosamq; venerationem Dei, & salutem atq; vitam æternam. In hoc igitur cœtu, laudis studium requirunt literæ sacræ. Sic enim inquit Apostolus Paulus scribens Philippensibus. Quæcunq; vera, quæcunq; honesta, quæcunq; iusta, quæcunq; casta, quæcunq; grata, quæcunq; benedica, si qua virtus, & si qua laus, ea considerate, quæ & didicistis, & percepistis, & audijstis, & vidistis in me, ista agite, & Deus pacis erit vobiscum. His docemur omnem hominum gloriam, laudem, decus, virtutem eam esse debere, qua celebretur & prædicetur æterni Dei maiestas atq; bonitas. Vnde si recedatur, infamia, ignominia, dedecus, turpitudo iam fuerit, quamuis hominibus aliquid præclarum & speciosum & splendidum esse videatur.

Hoc initio vtendum esse putaui, cùm magnificus vir, præfectus hoc semestri gubernationi Academiæ nostræ, à me petijsset, vt

fet, vt antiqua vsurpatione institutum, & longa consuetudine confirmatum morem laudandi nouum Rectorem, in se ego seruare, & oratione mea laudationem solennem peragere vellem. Non debui autem, neq; volui istud ei officium denegare, cum quo longi temporis sinceræ necessitudinis, iucundus vsus mihi intercederet. Eiq;, vt spero, studio obsequendi satisfaciam. Cæteros, qui assunt, sapientia, virtute, dignitate præstantes viros, & totam scholasticam iuuentutem oro, vt quæ dicturus sum libenter & attente audire velint.

Atq; repeto id quod incipiens proposui, omnem gloriam laudemq;, sicut sapientiam & virtutem, propriam esse æterni Dei. Soli enim Deo gloria, honor, laus debetur, & est illius omnis potentia atq; victoria. Et oculi sublimes hominis humiliati sunt, exaltabitur autem Dominus solus, vt ait Propheta.

Ex his igitur patet, quæ præclara & memorabilis laus & gloria, quæ eximia virtus, & illustris sapientia in terris existimanda sit, nimirum augens & ornans Dei gloriam, & ad illius virtutem ac sapientiam pertinens. Cæterorum præstantiam maiestas diuina euertit, & gloriam obscurat, & sapientiam perdit, & virtutem refutat. Quàm multa exempla pro[illegible] possunt infelicis & miseræ atq; exitialis gloriæ in terris, quàm mu[illegible] sapientiæ & virtutis humanæ, ijs ipsis, qui excelluerunt vtraq; perniciosæ? sed in his nunc non immorabimur.

Quæ igitur est vera gloria hominum? Ea omnino, quam diximus, coniuncta cum solida virtute & sapientia. Audiamus verba Prophetæ: non glorietur, inquit Hieremias, sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Quicquid igitur cognitioni Dei inhæret, in eo & sapientia, & virtus, & laus, & gloria est. Cognitionem autem intelligi volumus, notitiam celebrantem Deum, vnde sequitur, quicquid famuletur & inseruiat voluntati & senten-

tiæ diuinæ, in glori[illegible] [illegible]pientiæ verum nomen mereri solum. Nam diligentibus Deum, & obœdientibus illi in scientia veritatis, diuina gloria confertur.

Cum autem in terrenæ vitæ spatio diuersa quasi curricula sint, tendere quidem, si laudem habere velint, eodem omnia oportet, id est, ad gloriam & laudem referri æterni Dei, sed nihilo minus dignitate & existimatione sua illa distingui rectum est. Sicut omnium siderum vna quidem lucis est natura, sed splendor & eminentia non eadem. Habet suam laudem & gloriam simplex & imperita pietas, sed melior & vtilior est profectò erudita atq; docta pietas.

Quoniam autem Academiæ sunt quasi officinæ quædam eruditionis & doctrinæ, in quibus optimarum disciplinarum & artium pia ac religiosa studia exerceantur & elaborentur, nulla alia laus eorum, qui in scholasticis communitatibus congregantur, quærenda aut prædicanda est, nisi diligentiæ & assiduitatis, & industriæ, & tandem copiæ atq; facultatum, qui est fructus vigiliarum ac laboris suscepti. Iam hoc ignorat nemo, & doctrinæ, quasi absoluti ædificij perfectiq; operis, suas esse partes, & completæ illius [illegible] ratione & vsu differentia. Neq; fuit vnqu[illegible], neq; e[illegible], aut erit vnus in omni sapientia & doctrina excellens. Vt igitur partes doctrinæ, sic genera quoq; suam quæq; laudem habent peculiarem. Non enim fieri potest secundùm maximè decantatam sententiam Homericam, vt vnus aliquis omnium rerum pe[illegible]tus sit, cum non vni det cuncta Deus.

In scholasticis igitur congregationibus, literarum & artium bonarum commendatio, diuersa illa quidem & inæqualis, sed laudabilis vniuersa valeat, & momenti aliquid habere putetur vna & sola. Cætera alibi & suo loco ponderentur & magnifiant. Præclarissima res est eloquentia, sed qui de hac verba facere olim vellet Spartæ, auditores non reperiret. Alia enim alibi in precio sunt, & æstimationem habent singularem.

Quid

[illegible] ego in illo; cuius omnis cogitatio eò directa fuit, & adhibita contentio, vt aliquo in genere doctrinæ excelleret, aut generis nobilitatem, aut fortunæ munera, quorum præcipuæ sunt opes, aut alia nescio quæ nullius propria, sed aduentitia, & aliunde pendentia, extollam? Si assunt, ne quis aspernetur, neq; abijciat, vt quendam, qui sapiens haberi vellet, aurum proiecisse accepimus: sin absunt, ne magnopere requirantur.

Atq; possem copiosè de patria, parentibus, cogn[illegible]ione magnifici Rectoris disserere: possem demonstrare, quid ipsi commodorum & vtilitatis, quid etiam dignitatis, sapientia, doctrina, virtus pepererit, conciliato maximis & potentissimis principibus. In quorum numero iurè ponimus Illustriss. principem & clementissimum Dominum Augustum principem Electorem, patronum & patrem omni reuerentia subiectissimè colendum. Qui & huius familiaritate libentissimè est vsus, & ita eum à se dimisit, vt beneficio perpetuo obligatum retineret. Hæc neutiquam contemno, vel potiùs magna & præclara esse iudico, sed ea vnde extiterunt & nata sunt, per se consideranda & perpendenda esse censeo.

Non fuit profectò infructuosa eloquentia Ciceroni, cuius facultate & locuples ille factus, & honorès amplissimos consecutus est. Sophocli, quòd fabulam docuisset omnium iudicio approbatam, decreta fuit præmij loco præfectura Sami. Non tamen ego vt cumulantem diuitias, & in[illegible] opes eloquentiam aut poëticen, speciosè laudari [illegible]uiderim, cum ista quadr[illegible] potiùs in mercatorem & ambitiosum. Quorum alter ex[illegible] currit ad Indos, per mare, per scopulos, non vt melior, sapientior, doctior, [illegible]ate, religione, sanctitate præditus reuertatur, sed vt copiosior & abundantior auro, argento, supellectile preciosa. Alter nullam seruitutem turpem putat, nullum tædium fugit, nihil facere & pati recusat, dum potentiam & opulentiam sectatur. Quæ tamen spes quàm multos fru-

ſtrari ſolet? Vt non perperam hoc genus ſaxum Siſyphi vo. aliqui perhibuiſſe videantur. His igitur omiſsis, quid laudem ad. mira onemq; mereatur in magnifico viro Rectore noſtro:, in hoc e uentu oſtentandam, & per ſe egregiam, exponamus.

C m à prima pueritia ille cura parentum, hominum in ſua ciuit honeſtorum, liberaliter educatus eſſet, & perſpectum in eo in enium diſcendis bonis literis & artibus idoneum: curatum fu, vt his ille diligenter & ſedulò inſtitueretur. Perceptis igitu primis elementis doctrinæ literariæ, ad incrementa eruditic is contendit, & celebria inprimis loca adijt, Argentoratum, vbi & conſanguineos haberet, & Vuitebergam.

Erat Argentorati & ratio inſtitutionis vtilis, & adminiſtrabatur ab optimis & doctiſsimis pietate & ſapientia præſtantibus viris, in quibus eminebant Vuolfgangus Capito, Caſpar Hedio, Martinus Bucerus, Nicolaus Gerbelius, Iacobus Bedrotus, qui omnes iam migrarunt ex hac vita, item Iohannes Sturmius, Iohannes Sapidus, Chriſtianus Herlinus, & alij vtriuſq; linguæ & philoſophiæ periti.

Ita autem eſt ſtatim præceptis dialecticis imbutus animus eius, vt ad quæcunq; alia comprehendenda aptus videretur. Ipſe verò inſtituto ludi illius, ad veritatis cœleſtis certiorem cognitionem vnà cum cæteris deductus, qua parte ſcilicet maximè valu [illegible] impulſu incitatus eſt. Vt enim auiculæ aliæ ad [illegible] landum [illegible] ſub me, aliæ ad natandum in aquis, aliæ ad medios quoſdam curſus efferuntur & deferuntur: ſic hominum ingenia ſua ſponte [illegible] æc vel illa ſtudia occupati [illegible] propendent & flectuntur [illegible] ferè efficitur [illegible] gnum & memorabile, niſi obtemperetur naturæ, & ductum aliquis illius ſequatur. In qua parte inprimis varietas quædam mirabilis contemplantibus ſe offert, ſeueritatis & triſtitiæ, contraq; humanitatis & comitatis, facundiæ ac lepôris, & contrà grauitatis & auctoritatis. Feſtiuus eſt hic & callidus, ſimplex ille

& ap tus

& apertus. Adhuc loquor de ijs, quæ minimè vituperanda sunt.

Quid? quod in alio aliæ cupiditates prauæ quoq; efficaces sunt. Ex occulto & insidijs quidam agere omnia malunt, alijs vis manifestaq; aggressio cordi est. Videas, qui desiderio eius quod experiuerunt, quiduis perpeti, nulli non deseruire, nihil recusare velint, dum honorum insignia emolumentaq;, & splendorem nominis, & diuitiarum aliquid consequantur. qualem fuisse Vlyssem fabulæ tradunt. Alius quispiam vt Aiax, is est, qui molestias tales capere nequeat; & offensiones omnes fugit, neq; in quo aliquid leuitatis ineptiarumq;, multò minus contumeliæ esse putet, perferre audeat.

Secundùm naturæ autem quasi modulos, ad diuersa etiam studia exercenda atq; colenda incitantur omnes, qua regula, nos illa metiri, Ciceronis præceptum iubet. Neq; enim attinet, inquit ille, repugnare naturæ, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Atq; in hac parte non modò indecorè, sed planè perniciosè peccari interdum contingit. Dum non quid aliquis præclarè & rectè effecturum se esse perspicit, sed quod in alijs suspicit, sine consideratione aggreditur, & quidquid voluerit, id facilè esse se adepturum, confidit.

Etsi autem verum est, labore vinci omnes difficultates, & nihil esse tam arduum, quod non diuturna contentione superetur, vt in nulla re bona & honesta alicuius vel spes debilitari, vel languescere industria, vel conatus reprimi, vel impetus retundi debere videatur: Hoc etsi c[illegible]um, neq; eum qui ingenio fortè d[illegible]citur, excellentia alterius deterreri decet, quò minus in eo studio, cui se dedidit, perseueret: tamen illi profectò, quorum veluti secundo naturæ flumine iudicium & voluntas decurrit, cum perueniunt quò volunt facilius, minusq; impedimentorum sentiunt, tùm opera eorum magis luculenta, & speciosa conspiciuntur.

Est magnifici Rectoris ingenium ad cogitandum ratiocinandùmq;

nandumq;, & ſcientiæ ſubtilitatem, à primo ortu effectum atq; conformatum, itaq; ad eas diſciplinas inclinari incumbereque celeriter cœpit, quæ quoniam omnis eruditionis literariæ fundamenta ſunt, vel quia illa his perficitur & expolitur, (eſtq; hoc quaſi columen doctrinę & ſapientiæ humanæ,) ab ijs, qui ſua opera in ipſis plurimum elaborarunt, Mathematicæ ſunt nominatæ, verbo à diſcendi ſtudio ac ardore ducto.

Audiuit autem Argentorati Herlinum, cui haud ſcio, an non modò in huius partis, ſed omnis doctrinę atq; etiam virtutis & humanitatis pulcerrimis operibus præferendus ſit nemo. Contulit ſe deinde Vuitebergam, vbi partim, quæ animo ſuo comprehenderat, explicuit, partim priorem copiam & facultatem noua alia cumulauit. De ijs autem temporibus, quæ ſecuta ſunt, & cum præſentem qualemcunq; quietem Germaniæ grauiſsimè perturbarunt, tum inpoſterum bonam ſpem penè præciderunt, à me dicendum hoc loco quicquam non eſſe putaui. Multorum tum conſilia perturbata, multorum actiones peruerſas h[illegible]ſtat.

Magnificus autem vir Rector noſter, in eo, ad quod ſe maximè aptum naturaq; ſentiret, permanſit, & mathematicis diſciplinis operam dare, & hoc tractatu ſocietati hominum prodeſſe, & piam laudem quærere perrexit. Itaq; prima occaſione reuerſus eſt ad quandam quaſi officinam illarum, quæ eſt nimirum ſcholaſticorum cœtuum congregatio, & ſe huc contulit, inuitatus ab Illuſtriſs. & fortiſsimo principe, duce Saxonum Mauricio, principe Electore, venerabilis & glorioſæ memoriæ. Ex quo tempore, quem ſe præbuerit & profitendo & cæteris rebus omnibus, notum exploratumq; eſt vniuerſis, neq; ſolùm declarando mathematicarum diſciplinarum excellentem ſcientiam, exiſtimatione indies maiore floruit, ſed cùm ſolertia ſingulari, tùm prudentia, & moderatione, & humanitate, primùm maximorum & potentiſsimorum principum, vt dictum eſt, fauorem

& familia-

& familiaritatem, cum cæterorum ... nium ... ntiam & amorem sibi conciliauit. Perseuerauit ... eo, vt cum iis se coniungeret, quos sinceram & puram doctrinam cœlestis veritatis, quod est Euangelium Iesu Christi, amplecti, tradere, fouereq; se videret. Neq; alibi vel quæsiuit, vel offerentes se occasiones admisit. Præter hæc igitur, alia nunc commemorare visum non est.

Quod si commendatio aliqua adiungenda etiam mea est, verè & liquidò pronunciare & affirmare possum, habere nos Rectorem, de quo nunquam quisquam ita magnificè quicqu dicat, vt ait Comicus, id virtus quin superet ipsius, neq; esse lum optimarum disciplinarum & artium magis principem. H bemus prudentem, pietate, sapientia, virtute, doctrina, huma tate præstantem virum. Habemus eum, cuius fide esse freti, & auctoritate etiam niti posſimus.

Commendo igitur mea voce hunc, viri reuerendi, amplissimi, clariss. doctissimi, vestræ excellenti dignitati atq; splendori ... l, vt eũ, cui vos cùm præcipuo fructu Academiæ vniuersæ, & libenter consilio opeq; vestra omni tempore præstò futuros ... le credam. Commendo attentionem & curam solicitam ... eo salutis & commoditatis publicæ. Commendo perspicaciam intelligendi, & orationis eam copiam atq; facultatem, qu... concepta explanare posſit. Quod ad actiones autem attinet, eum hunc experiemini, qui minimè iners, ac strenuus potiùs sit, in exequendo ac conficiendo consulta atq; deliberata. Studiosæ autem adolescentiæ commendo Rectorem vigilantem, sedulum, cupi... ... cien... ... mis, abhorrentem à sæuitia, æquitatis amato ... ... nem illum quidem, sed ita, vt iustitiæ non obliuiscendum esse meminerit. Multi autem in huius vitæ licentia scholasticos magistratus parui faciunt, atq; contemnunt. Qui admonendi sunt, omnis potestatis in terra auctorem confirmatoremq; esse æternum Deum, qui & contumaciæ vindex esse soleat.

 Obtestor

Obteſtor autem omnes, vt adiutores ſint tam magnifici Rectoris, quam cæterorum, quorum imperio & præceptis regi debent, ad veram laudem communibus ſtudijs comparandam, quam, vt oſtenſum eſt, ad gloriam & laudem nominis diuini referri & tendere oportet. Hinc certè abeſſe ferociam, & petulantiam & veſaniam ruentem in peccatis, neceſſe eſt, cum opus ſit modeſtia, voluntate obtemperandi, pudore, deniq; præſtandi officium ſumma diligentia. Vndiq; nos aberrantes in viam reuocat, non modò verbo cœleſtis veritatis æternus Deus, quod quam largum imbrem copiosè effundit, neq; cęteris vtilius & bonis liberalis doctrinæ monitis, ſed minis etiam ab improbitate & leuitatè crebris deterrere non ceſſat.

Quæ enim triſtiſsimarum rerum frequentia, quæ euentuum atrocitas ante oculos eſt? Cœlum & terra ea edunt atq; oſtendunt, de quibus ſtatui poſsit, ad illa quæ impendeant, naturam vniuerſam conturbari. Quid? quòd eorum quaſi præſidia indies eripiuntur, à quibus ingraueſcentibus malis auxilio, conſilio, conſolatione ſubleuari adiuuariq; omnes potuiſſemus.

Inter quos nuper adeò deceſsit communis omnium præceptor Philippus Melanthon, ſic meritus de Eccleſijs & ſcholis, vt nulla titulorum nomina ad eum ſatis ornandum reperiri poſsint. Qui ſacrarum literarum ſolertiſsimus & fideliſsimus explicator, veritatis cœleſtis patronus, & propugnator inprimis ſtrenuus, & optimarum diſciplinarum & artium tùm inſtaurator tùm conſeruator, omnes cõtrouerſias magna vi ingenij, & dexteritate planè diuina, ex intricatiſsimis ſcholaſticæ doctrinæ [illegible] ad planiſsimam & explicatiſsimam methodum, diſputationibus & ſcriptis illuſtrauit atq; defendit: quin omnem doctrinam quaſi vagam ac diſsipatam collegit, & ad certam rationem reuocauit, vir pietate, ſtudio puræ caſtæq; religionis, ſapientia, virtute, humanitate, benignitate erga omnes præſtans, de quo verè pronunciârim:

Nulla

Nulla ferent talem secla futura virum.


Cuius, qualis viri, quo tempore amissus usus sit, profectò carendo iam intelligetur ab ijs quoq;, qui illum insectando euertere conati fuerunt. Quorum scilicet exultabit posthac insolentia turbulenta audacius & liberius, sed non tantùm hæc aliorum detrimento, sed suo quoq; damno insaniet. Sitit enim ille, qui est parricida ab initio, hostis Filij DEI Diabolus, sanguinem humanum, ad quem effundendum, dissidijs atq; distractionib[illegible] viam affectat, & permissam propter peccata nostra, quæ [illegible] tia sunt, neq; pœnitendo molliuntur, potestatem suam mundi huius, crudeliter ostendit, quod declaratur [illegible] & mirabilibus cædibus, quæ admodum paucis dieb[illegible] vicinia factæ sunt.

Affirmatur etiam visam in cœlo speciem esse [illegible] rgarum. Hoc quid significet aliud, quàm castigationis [illegible] astar[illegible] e tempus? Sed alibi gladij & hastæ in nubibus sunt conspectæ, quod nimirum castigationem imminere neutiquam mitem ac clementem, demonstrat.

Quod igitur restat, inuitando, allicier[illegible] do, inter minando, conuertente nos Deo, conuer[illegible] m, & ipse conuertet se ad nos. Est enim clemen[illegible] misericordia. Sed idem, non proficiente ea, [illegible] us μα[illegible] μίαν vocat, suspendenteq; clementia [illegible] æ indignationem, quid deinceps sequi soleat, & [illegible] historijs vbiq; proditis cognosci potest, & prospicere [illegible] uertere vnusquisq; potius studeat, quàm in se experiri velit. [illegible] erum hæc alijs locis & temporibus copiosè exponi solent.

Quod igitur restat primùm à mag[illegible] nifico Rectore, deinde ab omnibus qui assunt, dignitate, sapient[illegible], virtute, doctrina clarissimis & ornatissimis viris, postremò [illegible] niuersis opt. literarum & artium pietatisq; & honestatis stu[illegible] diosis adolescentibus, cum reue[illegible] tia officiosèq; & diligente [illegible] peto, hanc orationem more

maiorum habitam, & operam datam à me publicæ consuetudini scholasticæ, & priuatim necessitudini, quæ cum magnifico Rectore est, in optimam partem accipere, boni consulere, gratam acceptamq; sibi esse patiantur. Oro autem æternum Deum patrem Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi, omnium nostrum mentes compotes faciat sancti spiritus, vt omnes nostræ cogitationes & facta, ad gloriam sanctissimi nominis ipsius dirigantur. Cuius vnius, solius, veri, omnipotentis, iusti, misericordis Dei, est omnis sapientia, virtus, laus, gloria, honor, victoria, in secula seculorum, Amen. DIXI.



# IN COMMENDATIONE MAGN fici Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri clarissimi, M. LE NARTI LVCII HIPPOLSTEINENSIS, doctrinæ Physices professoris,

Pronunciata ab

HENRICO SALMVTH ...

ANNO M. D. LXII. XXX. ...

PRincipio gratias ago ... mni potenti & misericordi Deo, qui vnà cum filio suo coæterno, Domino nostro Iesu Christo, & spiritu sancto suo, condidit omnes creaturas, & ... clesiam in genere humano colligit, quòd nos quoq; ad Eccle...æ societatem vocauit, & hactenus cœtum docentium at... di...scentium apud nos clementer seruauit. Et toto cum pectore ...o, vt etiam deinceps hunc cœtum scholasticum protegat, neq; sin... in eum grassari furorem & rabiem aduersantis sibi hostis diab...li, neq; dissipari conuentum, in quo & bonæ artes, & ... ...is cœlestis doctrina, & pietas Christiana fideliter tradi... defenditur. Fatemur multipliciter fieri à nobis, vt tant... be... ...ciis indigni reperiamur. Sed imploramus supplice... ...sericordiam tuam æterne Deus, qui propter nos misisti in ... vnigenitum filium tuum, eumq; voluisti pro nobis f... ri victimam, veniam da imbecillitati nostr..., & ignosce pecca...is nostris, & retine nos in ouili, quod est Ecclesia sancta Catholica, vt simus grex tuus æternus, ad laudem & gloriam nominis tui, & salutem nostram, Amen.

Hoc initio, sicut in conue...tibus piorum fieri decet, vten- ... ...utaui, cùm magnificus Rector à me petijsset, vt long...

..udi... ...am, si nouum Recto-
..,in se ego seruare, & laudationem solennem oratione mea
gere vellem. Etsi autem optárim, alteri potiùs datum fuisse
c munus quàm mihi, qui non sum idoneus ad hoc genus
scholasticarum declamationum: tamen non debui neq; volui
istud ei officium denegare, cum quo ante multos annos amicitia in...oata, & nuper adiunctione illius ad collegium nostr... ...cta quodammodo & confirmata fuit. Eiq; si non orat... ...legantia, studio certè obsequendi, sicut spero, satisfaciam. Cæteros qui assunt sapientia, virtute, dignitate præstantes v...r..., & scholasticum cœtum oro, vt quæ dicturus sum libenter audi...e, & boni consulere velint.

Cùm autem neminem fugiát, quarum rerum mentione inprimis commendari soleant homines in terris, nimirum earum, quæ omn...um iudicio ac sententia magnifieri consueuêre, alia quidem ...nnia nunc relinquenda sunt vulgò, & imperitæ multitudini, atq; de ijs tantùm dicendum est, de quibus in conuentibus sclo... ...icis semper disputatur ac docetur.

Neq; ve...ò mihi difficile esset longam texere orationem, de parentib...s, f...milia, & patria magnifici Rectoris, & copiosè etiam facere ... ...nia quædam gentis Francicæ, ex qua ipse ortus est, quæ ex... ...ib...us nationibus Germanicis, virtutis & pietatis eximiam fa... ...am habet, & nunc etiam, sapientissimorum virorum iudicio, constan...issimos & optimos viros, & in hac affectatione externæ calliditatis, custodes antiquæ simplicitatis, & integritatis, proferre creditu...r.

Sed non patitur me his immorare grauissima sententia Platonis, qua affirmatur, qui alicuius momenti ipse videri velit, ei nihil esse turpius, quàm committere, vt non sua, sed maiorum laude celebretur. Sicut iam indócti derident ineptias multorum, qui stirpis ac gentis suæ antiquit...tem ac præstantiam ostentant, ...c ipsi sese flagitijs inquinant, ac sceleribus tantùm.

hi nu. ... bacul- , ita v... e & fama parentum maiorumq; suorum nituntur. Ab alijs prædicantur, & non modò præcipuæ habentur diuitiæ & opes, sed sunt primæ, secundæ, tertiæ, immò omnia. Sed neq; illæ hominem verè ornare, aut præcipuum decus posidenti adiungere possunt.

Quare commemorandæ sunt propriæ laudes, & peculiares virtutes magnifici Rectoris nostri, quę sunt ingenij dexteritas, & voluntatis conuersio ad veritatem & earum rerum cognitionem, quæ omnem ætatem & conditionem hominum ornare & oblectare possunt. Cùm enim ipsi Dei benignitate contigisset ingenium, quod ad discendas bonas literas & artes idoneum, & doctrinarum capax esset, præterquam quòd cura parentum honestè ac liberaliter, & secundùm præceptum Pauli, in disciplina & timore Domini educatus fuisset, vt Deum rectè cognosceret, inuocaret, ac celebraret, etiam curatum fuit, vt diligenter ac sedulò institueretur bonis literis & artibus. Et ipse à prima statim pueritia cupiditate discendi flagrans, ...am est viam ingressus, qua recta & expedita ad literarum scientiam perueniret, & Philosophię veluti arcem conscenderet.

In hoc proposito & ardore animi, nihil obstare sibi passus fuit eorum, quæ plurimos seducunt in illud procliue iter libidinis, in quibus est præcipua, fuga laboris & molestiæ, fastidium in studijs, tædium præceptionum, &, quod est caput, incogitantia atq; inertia. Nam quicunq; intelligit ac nouit eruditionis & literarum excellentiam ac pulcritudinem, quiq; incensus amore illius, ad hanc contendendum existimat, is profectò facit, quòd magnificus Rector ...ster fecit, vt secundùm Horatium, multa ferat, agat, sudet, alge... stineat Venere & Baccho, dum studet optatam cursu contingere metam. Diligentem enim operam ipse studijs optimarum ...tium ac disciplinarum impendit, sæpe somno ... alijs, quæ non tàm voluptati, quàm necessitati seruiunt, se priu... dum, ... igit, vt inter literatos & doctos nón infimum locum habe... Et singu-

Et singulari bonitate Dei con[illegible] us vti sibi liceret, de quibus inprimis bona existimatio omnium, & quorum fama illustris esset. vt horum scientia & exemplis institueretur, Cùm enim in hanc Academiam missus, & clarissimo viro, eximia pietate, virtute, sapientia, & doctrina præstantiss. ac celeberrimo, Dn. Ioachimo Camerario vtriusq; linguæ in hac Academia professori, communi præceptori nostro, non tantùm de hac communitate scholastica, sed de bonis literis ad omnem posteritatem optimè meritò, commendatus fuisset, ipse perspecto ingenio illius, quod ad discendas bonas literas & artes idoneum esset, in ædes suas eum ad se recepit, vbi non tantùm habuit copiam doctrinæ, & salutarium præceptionum, vt linguam græcam & latinam, & illas artes, quibus vera sapientia continetur ac comparatur, feliciter disceret, sed etiam in illa domestica consuetudine exempla habuit veræ pietatis, inuocationis, temperantiæ, & multarum aliarum virtutum.

Hanc occasi[illegible]m magnificus Rector, à Deo peculiariter sibi oblatam esse existimauit, quam & arripuit, & opportunitatem secutus fuit, eamq; operam impendit, quòd sibi etiam comparauit optimarum artium haud vulgarem cognitionem, & quibus hæ continentur atq; explicantur, vtriusq; linguæ græcæ & latinę eam copiam & facultatem, vt non tantùm sapienter cogitare, sed etiam oratione diserta explanare possit, quæ animo concepta fuerunt, præterea diligentia, cura, & attentione effecit, vt vox illius, in explicatione salutarium præceptionum publicè exaudiatur, & exemplum doctrinæ ad imitandum ab eo sumi liceat. Omnes enim scimus, ab [illegible]iam annis aliquot explicari, cum auditorum magna vtilit[illegible] [illegible]ifficilimam quidem, sed iucundissimam atq; vtiliss. partem Philosophiæ, quam Physicen vocant. Ideò & doctrinam eius cupidè frequentari, & eruditionem ac diligentiam mirificè præ[illegible]i audimus.

Neq; tantù[illegible] [illegible]x docentis hactenus publicè audita fuit, sed etiam

etiam, quia comparata esset utriusq; linguæ ... vulgaris cognitio, conuersa quoq; ab eo è græca in latinam linguam, vtili explicatione illustrata atq; ... in lucem fuêre, quædam veterum scripta, quibus præcepta sapientiæ vitæ ac morum continentur. Et expectantur etiam alia maiora, studio & diligentia illius elaborata, quæ optimarum artium ac disciplinarum studiosis ingentem vtilitatem afferre, ipsi verò & huic Academiæ laudem eximiam conciliare possunt.

Quia autem eximium decus est, adiungere etiam eruditioni studium & amorem pietatis ac virtutis, hæc etiam ornamenta in magnifico Rectore conspiciuntur. Nam religiosè co... illum Deum, qui se in verbo suo & misso filio patefecit, eumq; fiducia Mediatoris rectè inuocat, & gratias agit Deo pro reuelatione verbi, quod diligenter audit & discit, vt ex illo fonte hauriat cœlestem sapientiam, quę in omnem æternitatem durat. Execeatur idola atq; fanaticas opiniones, pugnantes cum reuelato verbo, odit ac detestatur Epicureos furores ... sermones impios, qui lædunt gloriam Dei, & viam salutis peruertunt. Animum habet moderatum, & cor timore Dom... ...peum, & pectus mansuefactum cultura bonarum a... ...piciuntur in eo etiam aliæ multæ virtutes, iustitia ..., castitas, non laxat frena linguæ ad maledicend... ...ectandum alijs, vel ad opprimendum innocente... ...celebrandum Deum, & ad expositionem necessar... vtilium præceptorum vtitur. Quin, vt vno v... ...niuersa complectar, secundùm præceptum Pauli, studet ... re fidem & bonam conscientiam.

Hæc a...m domicilia & tales ædes amat spiritus sanctus, & in his non modò manet, se... ...e etiam aliquid noui & melioris operis solet, sicut de ...gnifico Rectore ostensum fuit. Non plac... ...profanitas, ...or, & petulantia, vel opinionum, vel dictorum ... Non venit a... ...curos & contemtores, vel

res, vel saltem nega[illegible]ores rerum diuinarum & humanarum, non habitat in barbaris arrogan[illegible]bus & malignis, immò odit & fugit præfractos, superbos, & peruersos.

Habent itaq; scholastici exemplum, quod in vera studiorum ratione, & amplectendo doctrinam veritatis cœlestis, & moribus ac vita regenda, ad imitandum sibi proponant. Ac propte[illegible] hunc optimum & doctissimum virum, suffragijs summorum v[illegible]rorum, gubernationi Academiæ præfectum esse, existimand[illegible]st, vt alij eius pietatem, prudentiam, doctrinam & virtutem [illegible]bi propositam existiment, quam imitentur atq; exprimant.

Hæc autem bona & ornamenta sapientiæ virtutis & doctrinæ, magnificus Rector sibi comparauit cura, attentione, assiduitate, [illegible] ingentibus ac continuis laboribus, quæ nunquam consecutus fuisset, nisi viam sapientiæ & virtutis ingrediens ad ea contendisset. Si quis enim putet contingere hæc bona somnolentis & desid[illegible] ac delicatis, perniciosè errat. Sed proposita sunt hæc p[illegible]mia illi, qua vna secundùm Ciceronem omnes reliquæ vi[illegible] continentur, diligentiæ, quæ complectitur curam, attentio[illegible] cogitationem, vigilantiam, assiduitatem, laborem, [illegible] Epicharmum:

Mo[illegible] diuinitus omnia veneunt.

Et noti[illegible] [illegible]nt existimatur Virgilij,

Quisq[illegible] casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi la[illegible]emq; decusq; parabit.
At qui desidiam [illegible]umq; sequetur inertem,
Dum fugit op[illegible] incauta mente labores,
Turpis inopsq; simu[illegible] miserabile transiget æuum.

Iuuentutis itaq; causa hæ[illegible] à me, de magnifici Rectoris veris laudibus dicta sunt, quia talia exempla ad imitandum proponi, & ad excitandum studium ac diligentiam vtile e[illegible] existimo. Nam præcepta [illegible] atq; sapientiæ [illegible] parum apud

plerosq; proficiunt. Frigent studia bonarum, scholis harum nihil est infrequentius, atq; alia quæ minus magis frequentantur, quàm illa, in quibus optimarum [illegible]arum atq; artium præcepta traduntur. Qui autem con[illegible]nt ac despiciunt cognitionem illarum, sunt profectò homines, & qui faciunt, eos in hoc scholastico ocio educari nonrtebat. Non enim hoc tantùm mali in re est, quòd n[illegible] [illegible]scunt, sed quòd etiam ad suam perniciem in vitiorum & [illegible]tiorum occasione, ocio concesso abutuntur. Si verò aliqles sunt, qui à se, & domi parare ac discere possint ea, quæ nostri & professores publicè docent, felices illi quidem in tan[illegible] nij & doctrinæ abundantia existin[illegible]andi sunt. Sed pro mede & erga eos beneuolentia moneo, vt videant, ne se fallant neq; prætexant aliquid fugæ laborum & molestiæ. Qui eni ocio ad voluptatem abuti volunt, in viam reuocandi [illegible]nt, volptates enim opprimunt ingenium. Qui verò con[illegible]ant falsam persuasionem scientiæ, hi quacunq; in parte stu[illegible] ac genere vitæ versentur, nequaquam res vides & [illegible] [illegible]ere consueuerunt. Immò hoc genus hominum [illegible]x nocentissimum, si aliqua accedat calliditas, [illegible]ur adiumenta, ad confirmandam hanc falsam opinio[illegible]

Moueat igitur adolescentes optima[illegible] ar[illegible] & discipl[illegible]narum bonitas, præstantia, atq; pulcritudo, vt ea [illegible]rè amare, & cupidè discere incipiant. Intueantur ipsi exemplum magnifici Rectoris, vt in eis excitetur cu[illegible] studium, & dil[illegible]gentia. Ipse enim discendi amore & assiduitate, labore, & vigilijs, hoc est adeptus, vt non tantùm suo loco communibus studijs vtilitem [illegible]eru[illegible], sed etiam vt eius sapientia, virtus, & eruditio apud nos & alibi quoq; celebretur. Huius igitur bonis si quis tangitur, & sibi eadem contingere expetit, viam etiam ingrediatur eandem, qua hic processit, inertiam omnem fugiat, mollitiē reprimat, & illam omnium laudabilium actionum, & felicium successuū pestem fugiat

giat, cuius græcum nō ... , latinè possumus incuriam nominare. ... adolescentes omnem occasionem eius quietis & ... impedit studia & opera sapientiæ ac virtutis, & mu... itijs ac facinoribus designandis occasionem præbet. ... amant virtutem, doctrinam, & sapientiam, eos no... suauia sunt prima ducere, sed cum multis difficultati... onflictari, & aduersa tolerare, & dura etiam perpeti opo... necesse est.

Hæc ... dio ideò à me dicuntur, vt voluntates ac studia iuuent... cholasticæ ad amorem optimarum & pulcerrimar... conuertantur, & in eis exuscitetur cura & diligen... t Deus fieri in h... conuenientibus tales commonefactiones, ... facientes officium, magis ad perficiendum cursum institutum ... citentur, errantes verò in viam reuocentur. Quia autem necessariæ atq; vtiles admonitiones non ab omnibus ... diuntur, vel admi... untur, sciant contumaces ac proterui, aduenturum ... o tempus pœnitentiæ, calamitosum profectò & m... afferet egestatem, ignominiam, & odium, vt d... hominum. Nam tristes cogitationes & querelæ ... m sequi solent, neglectam esse cognitionem v... sapientiæ, amissum esse tempus, præteruolasse oc... u & oportunitatem: neq; ibi locum habent illæ consola... , quæ in alijs casibus & communibus vitæ ærumnis subijci al... solent, quales sunt, humanæ conditionis imbecillitas, & necessitatis grauissimum telum, & similia commemorentur. Sed immedicabilis est pœnitentiæ morbus, qui vtcunq; remedijs mitigetur, tamen nunquam tollitur, quia amissæ occasionis, & commoditatis, ac spretæ copiæ recordatio, admodum & horribiliter perturbat animos, cùm & à se, & ab alijs, audit vnusquisq; acerbissimam sententiam, Serò sapiunt Phryges.

Sed iam diutius his immoror, quàm suscepti muneris ... ius actus atq; diei festiuitas permittere videtur, quo secundum

dum Poetam, dicenda bona sunt bona verba die. Ac hæc deduxit mea erga hunc scholasticum cœtum beneuoli animi propensio.

Sed iam desino, & ad te, magnifice Rector, conuerto orationis meæ. Hunc summi honoris titulum, tibi animi pietatis, cultura virtutis & bonarum artium, vis ingenij, mirabilis diligentia comparauerunt. Mandarunt tuæ atq; eruditioni hunc magistratum, qui Academiam quàm præclarissimè administrari cupiunt, & qui in eo deligendo, qui minimè expectationem eorum fallere potuisse, non est credibile, & amplissimorum suffragia in te vnanimiter consensisse, tibi est ... mum.

Quid autem quisque sentiendum esse putet de magistratus scholastici, ipse viderit, mihi certè ... dere videtur. Non adest sanè satellitum copia & splendor, quid tùm? sed in nostro magistratu ea sunt fundamenta imperiorum & principatuum, vt affectio animi paterni erga subiectos, publici consilij auctoritas, cuius is, qui Rector est, caput habetur, legum sanctitas, non est violenta tyrannis in perpetua occupatione, sed legitima executio iuris, in curationis definitæ ad certum tempus prouincia. Quicquid igitur alij loquantur ac statuant, nobis noster scholasticus magistratus probetur, qui profectò & ipsi Deo placet, & omnibus bonis & honestis hominibus venerabilis semper est visus.

Ad hunc igitur gerendum, (quòd felix faustumque rei scholasticæ tibique sit) animo excelso accedito, vir magnifice. Et quòd certè facturus es, declara non modò te hoc iudicio amplissimorum virorum dignum fuisse, sed vt dicas spem & expectati... em eorum longè superasse. Difficilis quidem nunc ... nis gubernatio, in

hac

ia & delira senecta mundi, & licentia vitæ, & ho-
p ruersitate. Sed cùm omnis potestatis auctor
atorque sit æternus DEVS, & ipse hoc tempore
agistratum te gerere voluerit, certum est ipsum et-
iturum tuæ gubernationi, atque fore adiutorem il-
bit etiam tua magnificentia eorum, qui in Academia
ios consecuti sunt, fauorem obnoxium, qui liben-
eq; sua, omni tempore præstò futuri sunt, vt ea
quæ au salutem & commoditatem publicam spe-
ctur. Habebit etiam scholasticorum obsequium
rigeratione sua ficultates gubernationis al-
mnia studia & actiones suas, ad cognitionem neces-
næ, & laudem virtutis referre studebunt, quando,
cùm ab alijs hominibus, tùm verò maximè à no-
se debere ferociam, petulantiam, & vesaniam
, & opus esse modestia, pudore, voluntate
di, deniq; præstandi officium summa diligentia.

Quod igitur restat, iterum oro æternum Deum, patrem domini & seruatoris nostri Iesu Christi, vt sempiternam sibi inter nos colligat Ecclesiam, & lucem verbi sui, & studia veræ doctrinæ conseruet, & hunc scholasticum cœtum & politias, quæ præbent hos[illegible] Ecclesiæ & pijs atq; honestis studijs clementer protegat & defendat, & omnium nostrum mentes compotes faciat sancti spiritus, vt omnes nostræ cogitationes & facta, ad gloriam sanctissimi nominis ipsius, & vtilitatem Ecclesiæ Christi dirigantur. Vni, vero, soli, æterno, iusto, omnipotenti, misericordi Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto, sit laus, honor, gloria, victoria, sine fine. Pax, veritas, & misericordia Dei nostri sit semper nobiscum, Amen.

Oratio

# ORATIO

## IN COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri reuerendi & clarissimi, Dn. VICTORINI STRIGELII Kaufbeurensis, & professoris sacræ Theologiæ,

Pronunciata à

## IOHANNE PFEFFINGERO D.

ANNO M. D. LXIIII

Dominica Exaudi.

LAVDATIO IIS MANIBVS ... Psal-
de verò initium ... ere rectius fuerit, & ab o-
mi Dauidici præcepto. Quod laudare eum æter-
mnibus, & semper, iubet Domin nomen Do-
num? Laudate, inquit, pueri Dominum ... Et laudate
mini. Et rursum: Lauda anima mea Dom... iucunda decora
Dominum, quoniam bonus, Deo nostro ... lauda Deum tu-
laudatio. Et: Lauda Hierusalem Dominum ... laudationis præ-
um Sion. Et mox deinceps cumulatur vnu... el certè debent omni-
ceptum altero. Sunt enim hæc nota v... disciplina.
bus, non alie... ab Ecclesiæ Christi ... nir accesserit ijs, quibus

Cùm autem meum suffragium ... mestris Rectori, succes-
magnifico nostræ Ac... iæ ... bern... gistratum suum, &
sor designatus fuit, ... initurus ... idus est, non potui neque
consuetudine Ac... . Vosque, magnifici, gene-
debui hanc petenti o... optimi, doctissimique viri,
rose domine, amplissim... , oro, vt mihi dicenti be-
& studiosa bonarum ...
nignas facilesque au...

Multæ

Multæ a ... , vt ... , qua laudetur, & vestræ sapientiæ ...tuti, humanitati commendetur magnificus vir huius semestris Rector, prolixa non sibi vsurus. Sed præcipua est, & superiorum dierum, & hodierni defatigatio, quibus in templo conciones habendæ fuerunt. Et ætas mea quæ sit, nemini est obscurum. Sanè quanquam non sim, ne in pueritia quidem ... versatus in Rhetoricis studijs, neq; doctrinæ illo ... excultus, non ignoro tamen, vndè laudationes consummatæsq; alicuius deducendæ, & quibus capitibus ... sint. Id quod mediocris prudentiæ consideratio ... obijcit. Indicari enim hoc argumento suscepto solet ... gest, conditio, cætera fortunæ bona, atq; inprimis con... clarè, q... opera virtutis, & specie pulcri... hominum, quat præ ... iudicio & sententia omnium decet, neq; breui laudatione persequi, meam personam non quo pacto taliter aliquis explicare posset omnia, & nescio nostro ... & ... magna ex parte vulgarior est, quàm vt de hoc ... quod ... siasticis rebus habenda sit. Sed statuat de ... olet. Ego ad initia reuertens, inde deducam reliqua.

Te igitur ... omnia semper & perpetuò laudamus, Deus æterne, te confitemur, te veneramur, patrem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi filij tui vnigeniti, vnà cum Spiritu sancto, Deum vnum ... solum, præter quem non est alius Deus, vnum in trinitate, & trinum in vnitate, vnum natura, & trinum personis, quas ... hypostases vocarunt. Hæc laus vt sonuit semper in Eccle... orum, sic nostra etiam voce celebrabitur sine ... nobis blasphemas vituperationes veterum & ... contumeliarum in te, Deus pater cœlestis, quibus pa... gloriosa prædicatione, deminuitur filij & spiritu ... æqualitas. Et Arij ac Eunomij imp... rursum ab aliquibus nefaria

nefaria temeri ... ducur. Atq; au ... mendacijs istis differendis, aliquos esse acutos ac callidos. Sed non deerunt, qui & sacrarum scripturarum firmissimis testimonijs, & demonstratione consensus Ecclesiæ Catholicę, deliramenta ista confutent. Et ipse Deus æternus sui nominis honorem asseret, vindicando in istis sceleratam impudentiam. Verùm de his dicendi tempus lo... usq; nunc non est. Id agamus igitur, quod institutum est.

Cumq; sit de magnifico vir ... quem ... ad hoc delectorum, Rectorem fecerunt nu... (...) aliquid à me dicendum, ea commemora..., quæ C... rum (de quibus incipiens recitaui sen... ) subijciunt. Nam de patria vel opido, vel gener... ius ... anguntur, qualia ista contigerint magnific... o, copiosè exponere nihil attinet. Potest aut... à me, honestis & bonis & laudatis parentibus ... esse nat... in vrbe non amplissima illa quidē, cui (si quis forte ... nescit) nomen Kaufbeurn, sed in eorum tamen numero ... es imperij Romani propriæ & sunt & appellantur. Vt ... aliquis veterum, si antiquitate generis nobilitas æstimetur, neminem esse omnium, qui non & auos & proauos & abauos habeat aut habuerit; immò cunctorum tandem origo, ad vnum auctorem retrò abducitur: sic patriam etiam habet scilicet vnusquisq; aliquam, id est locum, v... in hanc l... em est procreatus.

Sed ne ... parent... pios, sapientes, vir... qui non solùm dede... tam q; ... , sed immani quodam furore & pa... am prodere atq; ev... , & parentibus bonis, atque etiam in... dum co... as manus afferre non dubitent. ... igitur relin... M... virum Rectorem nostrum, quod æternus D... s nasci temporibus nostris voluerit, & sic nasci, ... patri & ... (v... q; neq; obscuro aut pror-

ſus humili, ne quidem loco, ex... ...s bonæ atq; dignitatis experti) ipſe decus & ſplendorem adderet, gratias agere debemus, noſtra quoq; cauſa, cùm eidem propitio Deo placuerit, vt huius viri coniunctio, atq; ſocietas laborum ſcholaſticorum, nobis contingeret, & copia doctrinæ facultateq; ingenij ipſius vti frui concederetur. Quod vt fieret, per multa aduerſa, & magna variorum periculorum diſcrimina contendentem illum, non tam ad aliorum communitatem, quàm ſuorum fidelem conſenſionem, benignitas diuina tandem huc deduxit, & Dominus Deus ibi collocauit, vbi de creditis ſibi talentis negotiando, lucrum non contemnendum facere poſſet. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudicium iniuriam patientibus, dat eſcam eſurientibus. Dominus ſoluit compeditos, erigit eliſos, diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipit, & vias peccatorum diſperdet. Qui ædificat Hieruſalem, & diſperſiones Iſraëlis congregat. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Quapropter Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomen Domini, quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Nunquid autem intelligitis præſtari à me id quod dixi? Vt de magnifico viro Rectore noſtro verba facturus, ea referrem, quæ Pſalmodia Dauidica ſubijcerentur. Quorum recitationem & veſtris animis libenter acceptam, & ipſi Rectori noſtro gratam fuiſſe certò ſcio. Neminem eſſe enim omnium noſtrum arbitror, qui cantica illa non ſtudioſiſsimè meditari noctéq; die conſueuerit. Et ſingularis erga illa affectio magnifici viri Rectoris noſtri, facilè declaratur, egregio opere explicationis ipſius, quod anno ſuperiore editum ab omnibus piorum ſtudiorum amatoribus cupidè exceptum eſt, & magni fit cum ſumma admiratione.

Quod ſi illa, quæ recitaui, qua interpretando enarrare

velim, non hæc temporis breuis oratio futura, & ea attingenda sint, quæ neq; à me dici, neq; à vobis hoc loco audiri debuisse videantur. Audiui aliquando ex Poëta, nescio quo, hæc de ipsius proprijs casibus recitari: Nec breue nec tutum est, quæ sit origo scribere. Idem profectò perhibere liceat de ijs negotijs, & rebus, quæ magnificum Rectorem nostrum valdè exercuerunt, atq; etiam grauiter afflixerunt, deq; difficultatibus quibus est conflictatus, & ex quibus hactenus auxilio Dei æterni, euasit. Etsi autem est ista sua cuiusq; propria atq; certa laus, qua continetur pietas, religio, constantia, integritas, cæterarum virtutum pulcritudo, & hac celebrare possem magnificum Rectorem nostrum verè & prolixè, mihi tamen considerandum est, [illegible] quamuis meritò & iure, cum inuidia tamen dicatur, & [illegible]dio non careat.

A prima hic ætate (meminimus enim pleriq; eum huc admodum adolescentem venisse, ante annos viginti) pietatem & religionem sibi colendam inprimis statuit, & studium hoc tota mente complexus, postea vrgere incredibili assiduitate non destitit. A nobis discedens, contulit sese Vuitebergam, vt diuinitus excitatos illic ad veritatis cœlestis & æternæ doctrinam repurgandam audiret, vbi sic vixit, & eum se præbuit, vt Philippo Melanthoni singulari necessitudine & caritatis vinculo arctissimo coniungeretur. Id quod esse eiusmodi iudico, vt eximiæ laudis prædicationem complectatur: familiarem, carumq; fuisse hunc ei, quem nulla orationis copia, nulla verborum exquisitorum congeries, nulli ornamentorum tituli, satis dignè & pro meritis ipsius collaudare possint. Cuius magnificus Rector quoq; noster famam defendere, & memoriam gratissimo animo conseruare, & laboribus præclarissimis studiorum suorum consecrare posteritati non cessat. Inciderunt deinde ea, quibus pariter hic cum multis alijs bonis, pijs, doctis viris exagitaretur. Quæ veluti vulnera refricanda non sunt.

 Postea

Postea inter turbulentorum mirifica consilia, & actiones vehementes, & conatus (planè enim dicam quod sentio) improbos, nauigium, in quo magnificus vir Rector noster vehebatur, (si non vt gubernator, certè tanquam proreta) quassatum est ita sæuis fluctibus, vt ipse tandem vi procellarum istarum excuteretur, vicit autem omnibus temporibus constantia integritasq; eius, aliorum leuitatem & vanitatem, & veritatis amor, falsitatis commenta, & simplicis puræq; doctrinæ assertio, variam & turbidam nouitatis inculcationem, & animi recti conscientia, fictorum criminum probra, & auræ popularis captationem, vulgarium iudiciorum contemtus. In fiducia deniq; cordiæ & benignitatis, & spe opis auxilijq; diuini, vicit & s maleuolentiæ, & impreßionem hostilem calumniarum, os casus, & accusationum acerbitatem, patientia, fortitudine, erantia, innocentia. Vt VICTORINI nomen, quacun sanè occasione ei impositum, prouidentia omnino diuina fort...m hunc esse credi poßit. Sed quia optandum est, atq; etiam op...da, vt commota sedentur, & incitata acquiescāt, & sanentur saucia primùm non agitemus ea, quæ coalescere cupimus, deinde sequamur præceptum vtile, quo iubentur remitti in tristitia & malis præterita, & videamus quæ ante nos, non respiciamus ad ea, quæ à tergo sunt. Ac potiùs hæc relinquamus, & illa teneamus.

Quapropter, vt orationem meam finiam, cùm Rectorem habeamus eum, cuius laudes sunt eximiæ, vt esse hunc laudatissimum constet, aliquid à me laudationis amplius addi non est necesse. Et quoniam ea est iam de ipso opinio summorum, mediorum, infimorum, vt neq; dignitate, neq; liberali doctrina, neq; præcipuarum rerum intelligentia, neq; solertia ingenij, neq; copia facultateq; diserti ornatiq; sermonis, quisq; facilè reperiatur, qui illi sit præferendus, cumq; ad eum audiendum sedulò & frequenter conueniatur, & is ei habeatur honor, quem

pietas,


pietas, sapientia, virtus ipsius meretur, causa non est, cur ego in commendando illo vobis, elaborandum mihi esse putem, quòd non possit non esse iam commendatissimus omnibus, is, de quo iudicium sententiaq́;, & erga quem voluntas & animorum propensio ea est, quam ostendimus. Fertur etiam sententia cuiusdam Poëtæ, qua dicitur: peccare eum, qui commendandum se putet esse suis.

Itaq; magnificum Rectorem, qui vester totus est (id est commodis vtilitatiq́; omnium inseruiendo gratificandoq́; studet) neq; velle arbitror longiore me ad se commendandum oratione vti, neque quenquam plura in hoc genere expectare omnium qui assunt. Quod restat igitur, me præeuntem verbis pia & religiosa inuocatione orantes sequi omnes velitis, hoc modo.

O æterne Deus, pater Filij vnigeniti & coæterni Domini nostri Iesu Christi, cum hoc & sancto Spiritu egrediente abs te atq; procedente & à filio, vnus, solus, verus, sanctus, fortis, immortalis, iustus, clementiss. Deus, creator & conseruator mundi totius & rerum omnium, quæ hoc continentur, qui immensa bonitate voluisti vnigenitum Filium tuum victimam fieri pro peccatis generis humani, & hunc misericordia tua pro nobis iustitiæ tuæ tradidit, vt redemtis ab æterna morte & pœnis inferni contingeret vita beata in cœlis sempiterna, qui idem Ecclesiam, quam ab initio tibi elegisti, sanctificas ac regis Spiritu sancto tuo, monstranti viam & ducenti ad omnem veritatem, quod est verbum tuum, & qui apud nos quoq; colligere te tibi Ecclesiam & cœtum electum ad vitam & salutem, declaras certissimis signis, puræ sinceræq́; doctrinæ Euangelij, & integro ac incorrupto sacramentorum tuorum vsu. Te inuocamus, adoramus, veneramur, te laudamus, tibi gratias agimus, cùm tristissimis & periculosissimis & vltimis his temporibus, infinita bonitate tua, in nostris regionibus defendis, & vita præstas loca, quæ præbent

hospitia

hoſpitia Eccleſiæ tuæ, & pia itu... ...uentia gloriæ ſanctiſs. nominis tui, non ſinis ſuperſtitioſa aut profana barbarie obrui, repellens furores diabolicos, & tolerans noſtras infirmitates multiplices, & dimittens peccata magna & innumerabilia, & in ira miſericordiæ tuæ benigniſsimè recordans. Tu, ô æterne pater, largiter imperti nobis Spiritum ſanctum, per & propter filium tuum, qui conſilia actionesq; magnifici viri Rectoris noſtri (cui hac æſtate Academiæ noſtræ præſidendi munus mandatum eſt) propitius inſtruat atq; moderetur & fortunet, vt & ſemeſtre tempus prouinciæ ipſius feliciter conficiatur, & indies magis ac magis exiſtat diligens, cupida, attenta, ſedula noſtra congregatio, in vero religioſæ pietatis cultu, te celebrando, & obtemperando tibi, & audiendo ſequendoq; vocem filij tui, & exequendo fideliter iuſſa illius, Domini noſtri Ieſu Chriſti, vnici ſaluatoris, redemtoris, liberatoris, cuius tecum & ſancto Spiritui vnius, ſolius, veri Dei, eſt regnum, potentia, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.



Oratio

# ORATIO

## IN COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri amplisſimi & clarisſimi, Dn. IOHANNIS STROMERI, I. V. Doctoris & professoris, &c.

Pronunciata ab

## HENRICO SALMVTH D.

## ANNO M. D. LXX.



RATIONEM, QVA CELEBRETVR more maiorum, commendando laudandoq;, magnificus vir, cui regendi Ac  m nostram, hoc semestri æstiuo munus est  & quæ est à me habenda: aptiore conuenientiore  n putaui me posse exordiri, quàm verborum Psal  reci  one: Laudationem Domini loquetur os meum: & exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi, & laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Magnus enim dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Nulla autem cogitatio, ad concipiendum laudationum, quibus celebretur nomen Dei nostri, omnes causas, sufficere potest, nedum ad enarrandum linguæ vllius facultas satis copiosa reperiatur.

In his tamen eminet clementia, atq; benignitas misericordiæ eius. Nam suauis est Dominus vniuersis, & miserationes eius supra omnia opera eius. Quanta est operum Dei plurimorum excellentia, & quàm admirabilis altitudo? Propheta tamen affirmat hæc omnia superari vno opere Dei æterni, miserationum. Quæ scriptura appellat viscera misericordiæ, indicans singularis & eximij fauoris dilectionisq; affectionem Dei erga genus

nus

e ille intelligi atq; cognosci, & de ea prædi- [illegible] verba fieri vult. Istud enim est certè sacrificium laudis, quod placet Deo, super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.

Atq; nos, qui cupimus numerari in ijs, quos misericordia sua præcipuè Deus complectitur, qui sunt timentes eum, super quos manet misericordia ab æterno, & vsq; in æternum: Nos inquam, inprimis laudare debemus Deum, & decantare misericordiam ipsius, quòd his miserrimis atq; turbulentissimis temporibus misertus nostri, sicut miseretur pater filiorum, sua potentissima simul atq; clementissima manu, protegit ac tuetur cœtum congregationemq; Ecclesiæ & scholarum in his regionibus, & veniam dat multiplicibus peccatis nostris, neque auertit à nobis facie[illegible] neq; Spiritum sanctum aufert à nobis, cuius mag[illegible] u discimus ac sequimur doctrinam cœlestis v[illegible] captu, & cauemus, ne ab hac discedamus, vel [illegible] corrumpendo sacrarum literarum auctoritatem, [illegible] [illegible]icæ atq; orthodoxæ Ecclesiæ pium consensum, & religiosæ antiquitatis studium.

Nam, vt alia opera carnis commemorata ab Apostolo Paulo omittam, quàm multi passim reperiuntur, non operarij, sed omninò architect[illegible] inimicitiarum, contentionum, æmulationum, irarum, rixarum, dissensionum, sectarum, inuidiæ, etiam homicidiorum. Qui enim odit fratrem suum, inquit Apostolus Iohannes, homicida est. Adde his perfidas defectiones, malitiosas insectationes, obtrectationes, calumnias, conuicia, vnoquoq; sibi eam potestatem arrogante, vt pronuntiare de omnibus, refellere quosuis, asserere quælibet, & damnare quæcunq; voluerit, penes ipsum sit. Vnde necesse est existere sæuissimas tempestates dissidiorum atq; turbarum, domino miscente talibus temporibus in medio Spiritum vertiginis, & faciente, vt erret vnusquisq; in opere suo, sicut errat ebrius & vomens, quemadmo

dum a.

dum ait Esaias. De qua calam[illegible]ate seculi nostri, & his procellis ventorum, decutientium quasi flores speciosos, vnde enasci præclarissimi & suauissimi fructus possent Spiritus, cùm alij, tùm caritas, gaudium, pax, benignitas, mansuetudo, modestia, secundùm eundem Apostolum Paulum: De his inquam, qui dolori iustissimo indulgere velit, ei neq; temporis quamuis longi spatium, neq; orationis vllius facultas, ad deplorandam querelarum tristitiam sufficere posit. Ad quam rerum indignitatem, & verborum mœstitiam, hoc die, & illa in actione deferri orationem nostram non oportet.

Itaq; reuocata mentione laudis, ob concessum nobis quietis & tranquillitatis præsens bonum, inter minas varias ostendentium sese horribilium nimborum & turbinum, celebremus laude, Dei æterni benignitatem atq; bonitatem, gratias agentes totis mentibus, cùm non auertit faciem suam à nobis, neq; sinit nos fieri prædam, & poni terram nostram in solitudine, sed clementia misericordiaq; sua adhuc dat metuentibus ipsum nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem, nobis, vt vtar verbis Prophetæ Hieremiæ. In quo beneficio, vel præci[illegible]uum est, quòd huius agri sui, non patitur deesse & cultores di[illegible]entes, & custodes vigilantes, & fideles operibus faciendis curatores.

Qua in parte altera occasio laudatio[illegible]us offertur erga Deum, qui nostræ vniuersitati scholasticæ [illegible] etiam semestri contingere voluit eum Rectorem, à cuius [illegible]dentia illa laud[illegible]ter gubernaretur, & virtute fortiter defenderetur, & atten[illegible]e esset incolumis, & ornaretur dignitate. Quæ iam mater[illegible] laudationis, qua magnificentia illius commendetur. Quod [illegible]obscura aut dubia essent ea in ipso, per quæ laudationes deduci, & de quib. quasi pertexi solent, ad illustrandum explicandúq; adhiberi alium oportuisset, neq; ego onus istud [illegible] imponi passus fuissem. De rebus verò [illegible]otis, atq; manifest[illegible] [illegible] in

promtu atq; facile est verba f... re, vel etiam quæ ante oculos sunt, absq; verbis, digito, quemadmodum dicitur intento demonstrare. Quæ ex me, magnifici, generosi, ac nobiles Domini, amplissimi, ornatissimiq; viri, & cæteri, qui adestis, vt benignè, libenter, ac studiosè audiatis, cum reuerentia debita oro, & amanter peto.

Grauissimus auctor Plato tria capita Rhetoricæ facundiæ indicat, quibus de aliquibus laudis prædicatio expediri posse videatur: Originis, educationis, actionum. In his nihil est, quod non euidentem habeat & exploratam omnibus commendationem magnifici viri Rectoris nostri, cùm ab alijs collecta laudationum plura argumenta, illis addere quasi exaggerando, nulla indigeret exquirendi cura aut industria. Sed simplicissima semper oratio & verissima & splendidissima ducenda est.

Familiæ igitur magnifici viri Rectoris nostri honestas ac claritas nominis, & est per se insignis, & cognatorum excellentia elucet. Vt autem causæ efficiendi aliquid, vim potestatemq; habent, sic id quod est effectum, causæ rationem demonstrat. Non enim secundùm poëtam Græcum: Solet è squilla rosa nasci, & poëta latinus negat aquilis columbas gigni, Aristoteles etiam hoc agere naturam affirmat, vt similes ex similibus procreentur, Vt, si quando hoc non fiat (cursu naturali impedito) aliquid præter natu... accidat.

Fuêre autem in hac nostra Academia duo lumina popularia atq; consanguinea magnifici viri Rectoris nostri, Medicinæ illi quidem artis gloria eminentes, sed multiplici virtute insuper, atq; dignitate præstantissimi viri, Auerbachij patrio nomine celebres, quorum alterum Heinricum Stromerum magnificus Rector noster gentilem habuit. De quibus, si quædam non omnibus fortasse comperta à me commemorarentur, non alieno illud quidem loco fieret, sed tempus tamen ita absumeretur, quod ad d... obis admodum br ue, præscripto quodam.

veteris

veteris consuetudinis conceditur. ... , quæ nota exploratáq; sunt plerisq; omnibus, argumento sunt: tales viros, quales illi fuêre, non è quercu, neq; rupe extitisse, secundùm prouerbium, & cùm ex illorum genere atq; sanguine prodierit magnificus vir Rector noster, non est scilicet originis alia quærenda commendatio, cùm bonitas illius in familiæ splendore euidenter conspiciatur.

Educatio autem post pueritiæ ætatem in hac Academia qualis fuerit, neq; obscurum aut du[bi]um est, & ijs declaratur, quæ studio, industriaq;, inter labores vigiliasq; & honestissimas contentiones ab eo parta acquisitaq; esse constat. Nunquam autem vel ager, vel vinea, quamuis solum fœcundum sit, sine culturæ diligentia vberes & gratos fert [fru]ctus, vt horu[m] gustus non tàm fertilitatem terræ, quàm cultu[ram ha]bet sed [sedulit]atem atq; operam. Quamuis igitur in mag[ni]fico viro Rectore nostro, & esset natura optima, & ingenium maximè docile, & [a]nimus præstantiæ cupidus, nisi tamen accessisset singulare studiu[m] in optimarum disciplinarum & artium, & in ho[c] curriculo patientia laboris, & in opere perficiendo assiduitas atq; diligen[tia], non ascendisset ille eum dignitatis & amplitu[di]nis locum, in quo nunc conspicitur atq; eminet. Non autem paucorum progressionibus obstare solet, non tàm inerti[a] & fu[ti]litas, quà[m] desidia ac pigritia, & in arduo itinere virtu[ti]s enitendi [dif]ficultas, qua deterriti plurimi insistunt, aut ad vitiorum procliuitatem etiam deferuntur. Cùm quidem, vt præclarè veterum quispiàm affirmauit: Deus vendat bona hominibus in terra laboris pretio.

In pueritia atq; adolescentia discendo literas, & in bonarum artium studia incumbendo, eam facultatem sibi ille comparauit, quæ tanquam fundamentum solidum, sua firmitate, extructionis spectatissimæ molem atq; excellentiam facilè sustineret. Itaq; cum animum ad splendorem prudentiæ iuris, legibus constituti, appulisset, (quæ est humanæ sapientiæ, atq; laudis, &

virtutis ciuilis summ[illegible] operam instiguando & vrgendo inceptum nauauit, vt æquales in ista palæstra facilè superaret, & eò celeriter procederet, vt gradatim ascendendo ad honoris summi fastigium perueniret, & iurisconsulti eximiam dignitatem renunciatione solenni Doctoris in vtroq; iure, obtineret.

Tunc & coniugio honestissimo auctus fuit, & professionis suæ non vulgaribus ornatus muneribus, tùm ad docendum iuris publici scientiam, quàm exercendum huius vsum prouectus. De quibus neq; mea, neq; alterius vllius oratione verbosiore opus est. Quicquid enim diceretur, id coràm scientibus, de rebus notis & exploratis, diceretur vniuersum.

Commemoration[illegible] autem istius meæ iudicium eò pertinet, vt exe[illegible] proposito atq; nostro, adolescentia ad similes conatus excitetur, & ad [illegible] in progrediendo contentionem, in sapientiæ &[illegible] via incitetur, & vt ex animo laudemus Deum, & ben[illegible] illius gratias totis mentibus agamus, cùm talem Rectorem nostræ Academiæ contingere voluit, eo tempore, quo [illegible] huius inprimis solerte ac strenuo gubernat[illegible]re indigeret. Nescio enim quo pacto res nostræ non fieri meliores videntur, siue in communi huius seculi miseria; siue pr[illegible]ria fortunæ iniquitate, cuius nostra etiam culpa fortassè nonnulla causa dari, & motus illius irritati minus vera ratione gubernari solent. Placido mari & sopitis ventorum procellis, & cœlo sereno, nauem gubernare, & dirigere cursum, non est magnæ & singularis artis, neq; difficilis laboris opus: sed tempestate orta, cùm à fundamento mouetur mare, & cœlumq; diesq; oculis eripitur, tunc & scientia præditi, & experientia instructi magistri opera requiritur.

Habemus nos Rectorem & prudentem & strenuum. A quo, & in cognoscendo diligentia, & ignoscendo benignitas, & omnibus in partibus muneris sui, officium præstabitur. Huius neq; in tuendo statu Academiæ fides desiderabitur, neq; in defendendis

fendendis singulis magnitudo animi, neq;, si ita res ferat, commodis conciliandis diligentia.

Nunc restat hoc scilicet, vt laudantes Deum, & pro hoc illi beneficio gratias agentes, eos quoq; exhibeamus nos erga magnificentiam ipsius, quos decet atq; par est: tàm diligendo, quam obtemperando, atq; etiam colendo. Beneficium maximum est diuinæ clementiæ, princeps siue magistratus sapientia atq; virtute excellens. Hic gubernator scilicet est, qui vbi non est, populus corruit, salus autem, vbi multa consilia, vt ait sapiens Rex Iudæ. Qui idem: Time Dominum fili mi, inquit, & Regem. Et cum detractoribus non commiscearis. Timorem appellari debitum cultum atq; reuerentiam, cùm præcipitur timor Dei in doctrina veritatis cœl..., satis constat. Et hunc, sæpè inculcatur, esse causam atq; principium sapientiæ. Sicut contrà non timentes Deu..., ...rar... perhibentur ab ... plius vijs. Coniungit autem præceptum diuinum cum timore Dei, magistratus timorem, cùm sit hic, qui in terris potestatem habeat, mandatam ab ipso Deo, vt huic resistens, secundùm Apostolum Paulum, ordinationi Dei resistat.

Ne quis in speciem intendat oculos potentiæ, & opum, & diuitiarum, res à nobis consideranda est. Quamuis imperium scholasticum exile videatur, & iste principatus humilis: in hoc tamen ipso suam atq; propriam potentiam conspici vult Deus, qui auctor est omnis principatus legitimi. Vt, si non armorum fortè strepitu hic terribilis, ob ipsius tamen Dei æterni maiestatem metuendus & reuerendus sit. Sed, cùm quotidie audire liceat vnicuiq; salutarem doctrinam officij ergà Deum & homines, meam hac in parte orationem copiosiorem esse iam non oportet.

Et bonis atq; probis satis est dictum, malos atq; improbos verba non erudiunt, & ad illos alia disciplina pertinet, virgæ nimirum in dorso, sicut flagelli ad asinum. Quam ne sit necesse vsurpari,

ſurpari, cui curæ eſt propria ſalus, is omnibus modis cauebit, auertendo ſeſe à turpitudine vitiorum, & conuertendo ad honeſtatem virtutis. Creſcit autem indies petulantia atq; contumacia, & irritatur animaduerſio iuſtiſsimæ iræ Dei, quàm noſtra etiam improbitate quaſi inſtigari minimè decet, qui ad ſtudia pietatis ſapientiæq; & virtutis congregamur, & ad illa colenda ac perſequenda liberalis otij commoditate fruimur.

Hoc vt perturbetur, cauſam dari ab ijs, quibus peculiare beneficium iſtud Deus propitius largitur, quale ſit, nullius orationis facultas exprimere, & rei indignitatem verbis conſequi poſſit. Quo atrociſsimo delicto ne contaminari ille nos ſinat, totis mentibus oremus, & ardentibus precibus imploremus miſericordiam Dei æterni pa[illegible]mini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vt ſpiritu ſancto ſuo [illegible]m pietatem & ſanctam religionem conformet cogitationes animorum noſtrorum, & conſilia dirigat, & actiones deducat, vt ante omnia ipſum veneremur adorantes, & inuocantes, & opem eius implorantes, ſequendo verbi eius præſcriptum, neq; declinando de via mandatorum ipſius, & præſtando fidem, quam requirit ſpes ſalutis, & vitæ æternæ, in timore, & dilectione erga illum, mutua inter nos caritate, vt laudetur ac celebretur à nobis hic Deus noſter, Deus vnus, ſolus, verus, æternus, omnipotens, ſanctus, fortis, immortalis, iuſtus, miſericors, & in hac vita caduca, & in altera poſt hanc ſempiterna, Amen.

DIXI.

Oratio

# ORATIO

IN COMMENDATIONE MAGNIFICI Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri clarissimi, Dn. GEORGII MASBACHII Suuinfurtensis, artis Medicæ Doctoris, & Grammaticæ in vtraq; lingua professoris,

Pronuntiata ab

HENRICO SALMVTH D.

ANNO M. D. LXXII.

VIII. Ic



ARGVMENTVM, QVOD ... HOC tempore oratione exp... ...dum ...t, continet scilicet laudationem magnifici viri, Rector... Academiæ nostræ, designati in hoc semestre æstiuum ... quo nunc ille magistratus iniri debet, ritu solenni, constitut... legum quoq; nostrarum auctoritate. De hac re auditæ sunt al... quoties ex hoc loco disputationes eruditæ aliorum, & suam o... tionem luculentè ad eorum personas, de quibus dicere instit... ...ent, accommodantium, & causas omnium demonstran..., & enarrantium rationes. Quas nunc repetendo percensere, superuacaneum ac alienum videri posset: cùm præsertim multa sint, quæ, vt breuitati studeamus, hortantur.

Quocirca absq; anfractibus, ad id quod peragendum est, rectâ accedemus: & de magnifico viro, cui hoc semestri æstiuo commissa est gubernatio Academiæ nostræ, ea commemorabimus, quæ sic ipsum celebrent, vt magis vtilitatis aliquid concilient audientibus, quàm bonam existimationem de ipso, & præclaram famam augeant. Dictum aliquid memini de eodem ante annos sex, & dictum quidem id, quod ... ...m vsitatam lau-

d … eram laudem haberet. Sed ipse postea eum sese præ … ccus illud noua claritate cumulando, vt cuiuis iterum atq; iterum de illo copiosa ad dicendum materia suppetat. Quæ cùm sit in medio, & ante oculos omnium, conceditur mihi, vt, quemadmodum tempus postulat, minus longa oratione morando detineam hunc frequentia spectatissimum, & splendore ornatissimum cœtum: magnifici, illustres, reuerendi, clarissimi, doctissimiq; viri, & cæteri pietatis bonarumq; artium studiosi: A quibus vniuersis, qua reuerentia ac studio par est, peto, vt, quæ commemoranda modò duxi, non grauatè audire, & huius temporis impendium æquis animis ferre velint.

Sunt autem in nostri … congregationibus, alterius cuiusdam mo… laudationes (qu… Græci ἐγκώμια vocant) exequendæ, quàm illæ esse consueuerunt, de quibus Rhetores considerationе pi… lente præcepta dant, destinatæ ad hominum communia iudicia. Congeri enim in illis, quasi extruendo speciosum ædificium, solent vndiquaq; petita plurima: cum vnum nostris caput satis esse & possit, & debeat, consiliorum & actionum honestatis, de quibus splendor sapientiæ & virtutis eluceat. Itaq; de … verba facientibus hoc modo propositum est, vt vitæ integritatem, & probitatem morum, & ingenij bonitatem, & studij industriæq; sudores atq; vigilias, & ante omnia pietatis religionisque curam compertam proferant. Vt ita primùm Dei æterni gloria emineat in beneficijs ipsius, & benignitate, qua complectitur humanum genus: Et Domini munifica liberalitas in seruorum prospera fortuna conspiciatur, & deinde testimonium debitum tribuatur meritis, & ita tandem, quod audientibus cùm vtile tùm iucundum sit, exponatur. Et delectat enim profectò pietatis sapientiæq; & virtutis studiosos, prædicatio de ijs, quorum propria illa bona quasi contemplanda vera narratione proponuntur, Et incitationem ad imitandum, tanquam calcar admouend… … habent exempla, Nobis igitur, quorum

conuentus ad doctrinam pietatis, sapientiæ, virtutis pertinent, laudationum præceptio vna traditur, testimonij de ijsdem fidelis & ornamenti verborum, quo afficiantur digni: ita enim & hi commendatione efferentur illustri, & cæteri cùm gaudebunt recitatione, tùm ad sequendum quasi vestigia sinceræ laudis, & neutiquam inanis gloriæ instigabuntur.



Nota sunt præcepta laudationum. De patria quid attinet quærere? Non enim ego certè sum melior vir, aut magis strenuus, si mea ciuitas aliquando & in pace [illegible] it, & bello magnas res gessit. Multò minus, si vrbis situs opp[illegible]nus sit, si munitionibus, aut natura, à periculis illa tuta. Genus omnino aliquid ad cuiusq; commendationem, videtur momenti habere. Sed est tamen ista quoq; laus minus pr[o]pria. A[c] multi ipsi in suam familiam veluti lumen nobilitatis [su]a virtute intulerunt, multi accensum illud ab antiquo [su]a futilitate ext[i]nxerunt. Etiam accurata liberalisq; educatio reperitur parum admodum, vel nihil quoq; aliquibus profuisse. Verum itaq; est: vt in cæteris animantibus, quæ singulorum bonitas sit, spectatur: Sic propriam hominis esse laudem, opera, labore, diligentia, vniuscuiusq; ipsius comparatam.

Sanè superesset magis, quàm deesset oratio volenti patriam magnifici Rectoris nostri laudando extolle[re]. Quæ & mea est patria, vrbs Franconica Sueinfurtum. [Se]d huic orationi (etiamsi res & tempus ferret) implicaretur necessaria mentio miserabilis & indignæ fortunæ ipsius, qua nuper adeò illa grauissimè afflicta, & [pr]opè funditus euersa fuit: Eamq; neq; sine dolore meo summo, [n]e[c] [sine] tristitia maxima verborum, enarrando exequi possem. Quæ mœstitia nullo modo nunc inserenda est. Non etiam est, cur ge[n]eris educationisúe magnificum Rectorem pœniteat.

Sed de ipso, sicùt ostendimus, & ijs rebus, quæ propriæ eius sunt, non de alienis dic[e]ndum est. Quæ verò hæ sunt, aut qua-

les qui non modo opinionem bon[illegible], sed eximiam prædicationem mereantur. Alia alijs magnifacienda videntur, & esse egregia ac gloriosa, cùm tamen certè vera aliqua bonitas præstantiaq;, & laus sit, in hominum vita atq; societate, quàm etiam præcipuam perhiberi conuenit. Ea est profectò sapientiæ atq; virtutis, nimirum eius naturæ quasi fœtus, quam genus humanum habet suam atq; propriam: mentis, rationis, consilij, intelligentiæ, qua exercenda, tuendaq;, & percolenda perficitur, vt, qui homo vocatur nomine, eum esse hominem reipsa appareat. Ostentat aliquis diuitias & opes. Superant scilicet copiosissimos Pici illi, secundùm comicum, qui aureos montes colunt, & formicæ Indicæ aureolis arenis incubantes. Alium potentia superbum facit, alium corporis vires. At leonum quàm latè patet in omnes feras bestias imperium, aut cuius hominis vires cum vrsi robore sunt conferendæ, granditásue cum Elephanti mole? Nam, quid dicam de eo, qui cùm virilis sexus sit, formæ studeat, & hac conspici velit comendo, vestiendo, fucando? Nihil enim certè ita fingi, pingiq;, & variari vllo artificio potest, quàm pauonum speciosa per se est pulcritudo. Atq; hæc omnia etiam caduca sunt & incerta, vel falsa quoq;. vt Cicero ait: illa autem sic defixa suis radicibus nituntur, vt, si non labefactari nunquam vlla vi, secundùm eundem Ciceronem, nunquam dimoueri loco, certè non facilè neq; fortuitò, quemadmodum cætera, conuelli possint.

Verum ad hanc in terris felicitatem, quo pacto peruenitur? Viam quam ingressus est ac confecit magnificus vir Rector noster, videamus, & illius notemus ingressa vestigia. Ea est in conspectu: voluntatis rectæ, consilij honesti, animi constantis, patientiæ, moderationis, curæ, diligentiæ, assiduitatis, operæ, laboris. Illa, quæ indicauimus, bona, magna sunt atq; preciosa, neutiquam venalia futili mercatu, ne dicam turpi: in ocio, desidia, inertia, socordia, leuitate, nedum prauitate, & improbitate flagitio-

flagitiorum atq; vitiorum, ferocia, insolentia, arrogantia, aliorum contemtu & obtrectatione: sed illis tantùm parabilia, quæ diximus, haud expertibus difficultatis ac molestiæ. 

Verùm, ita sese res habet, quemadmodum ex veteribus sapientiæ magistris Musonium ex contrario illam exponendo affirmasse Gellius retulit, luculenter verbisq; breuibus rotundisq; græcis. Et ex oratione quadam Catonis, sententiam eandem pleniorem: si quid per laborem rectè factum sit, laborem illum à nobis citò recedere, benefactum à nobis, dum viuamus, non abscedere: sed si qua per voluptatem nequiter fecerimus, voluptatem citò abire, nequiter factum illud apud nos semper manere.

Magnificus vir Rector Academiæ nostræ, maximam dignitatem, & amplissimos honores est consecutus. Hæc excellentia ante oculos est, & in omnium conspectu. Sed quibus fundamentis illa nitatur, & quo pacto sit excitata, considerare, ad doctrinam iuuentutis pertinet. Dignitas in integritate, pr bitate, grauitate, virtute, sapientia cernitur. Honor quidem contingit nonnunquam indignis, sed tunc egregius est, & nequaquam vulgaris, cùm ijs tribuitur, qui non solùm eo existimantur, sed sunt etiam digni. Peperit dignitatem magnifico Rectori nostro, non socordia, neq; pigritia, non illecebræ voluptatum, non cupiditatis lenocinia, non somnus, sed multiplex labor, sudores, continentia, molestiæ, vigiliæ. Atq; ita adeptus est bonam famam bonorum, quæ sola, quemadmodum ait Cicero, vera gloria nominari potest. Ad honores non obrepsit, sed eò peruenit cursu directo & notato, tanquam itinere lapidibus, præscripta ratione disciplinæ. Hanc claritatis speciem, & istius lucis splendorem multi expetun[illegible] sed quibus rebus illa paretur, hic veluti accendatur, non item i[illegible]orant, neq; curant.

In verticem monti[illegible] qui ascendere volunt, ijs ad radicem, & inde pergendo cum defatigatione est enitendum, Ignis etia

vt lumen ardeat, excudenuus ac ... ...um labore. Quid est in studijs primum & eiusmodi, vt illo neglecto omnis eruditio literarum labet atq; euanescat: vel tale quoq;, vt absq; eo ne aditus quidem sit ad bonarum artium scientiam? Nonne illa, quæ non modò pueris in ignorantia vtilitatis iniucunda est, sed à quibusdam adultis per fastidium, nonnullis etiam, qui titulos scientiæ eximiæ ostentant, despicitur ac contemnitur? Illud, inquam, principium, & ista patefactio est liberalis cognitionis, & eruditæ doctrinæ, & cultus animorum, cuius notum tritumq; nomen est, Grammatica.

Et ideò homines ingeniosi pingendo imaginem huius, proposuerunt effigiem mulieris honestæ, sed neutiquam blandæ, tenentis vna manu librum, & altera clauem. Significare enim voluerunt hanc & ostendere viam, ad omnem literis explicatam sapientiam, ductu quodam ... eriore, & aperire fores, per quas ad hanc ingrediendo accedatur. Nolo in ista parte orationis meæ esse verbosus. Hoc breuiter dicam: neminem vnquam repertum Grammaticæ inimicum, nisi vel imperitum illius, vel desertorem.

Nostri autem Rectoris ego vobis iuuenibus, vel præcipuam hanc laudem, & singulare exemplum propono ad imitandum, studium exercitationemq; huius quoq; artis. Cuius, cùm inueniantur iam, quos pudeat, non mirum est professionem parui fieri, & frigere discendi amorem, & esse reliquam doctrinam minus eruditam atq; elegantem. Non excurrunt, sed euolant, non progrediuntur, sed impetu ef... untur pleriq;, ad profitendum, faciendumq; hoc aut illud genus artium, quibus vitæ humanæ commoditas adiuuatur, & pe... itur. Policentur opem consiliumq; indigentibus, quibus sunt & magnorum emolumentorum, & præclaræ existimationis propoſita præmia. Addam his administrationes munerum primariorum in Ecclesia Christi. Non est iste mos laudabilis ... bonus, Ratione & via

 procedi,

procedi, & per gradus ad altiora a[illegible] uat: ita & vnusquisq; sibi solidam laudem, vtilitatem acquireret, & elaboraret in eo, quod communiter celebraretur, atq; prodesset. De quo quid fiat, non est obscurum. Sed querelas omittamus. Ad commonefactionem iuuentutis reuertamur.

Habet illa eum virum, exemplum virtutis & sapientiæ, qui ad vtriusq; facultatem summam sic peruenit, vt exordia & initia amplectendo exercendoq;, ad dignitatem maximam, & honores amplissimos promoueretur. In quo hoc memorabile est, quòd iam laudatissimorum in Academia nostra virorum, sententia atq; iudicio, iterum delectus ille est ad gubernationem nostræ congregationis scholasticæ vniuersam. Quasi nauis enim istius clauum tenendum, tutò sciebant ei comm[illegible]m iri, qui anteà in quibusdam etiam læuis fluctibus ac procellis prudenter & feliciter hanc rexisset. Meminimus enim, quæ & contagionum pestilentiæ in hac vrbe, & quarundam turbarum aliarum tempestas, nostram tunc Academiam terruerint, neq; siuerint esse tranquillam.

Sed cum omnia animo intueor, quibus ornatur, & meritis laudibus extollitur magnificus vir Rector Academiæ nostræ, (quæ sunt oratione nostra indicata potiùs delibando, quàm demonstrata enarrando) nihil inuenio, quod maiorem verioremq; habeat prædicationem, quàm sanctæ religionis & pietatis in ipso studium & meditatio: cuius ille & veritatem exquirere, & cognitionem nulla simulatione infuscare, & sanctitatem vita ac moribus exprimere, semper conatus est, atq; contendit. Non dico hæc tanquam in Ecclesiastica concione ad vulgus, & promiscuam multitudinem, sed ad eos, qui non solùm nomine Christianos sese perhiberi cupiant, verum etiam intelligere debeant, quantæ res nomine isto contineantur.

Quò magis dolendum deplorandumq; est, in eorum cœtu atq; conuentu, quibus non solùm actiones & opera pietatis præcipiuntur

cipiuntur, sed n[illegible] am traditur interior, & veluti fontes religiosæ vitæ demonstrantur: tantam esse vel mentis caliginem, vel voluntatis peruersitatem, vt non intelligant, neq; persequā-tur ea quib. declaretur cum Deo æterno admiranda copulatio, & illa fiat promissio ad stipulationem baptismi (quod esse scimus nouæ generationis lauacrum) sacratissimā, & cuius violatio pręsens exitium affert. Quæ sunt verò illa? iterum atq; iterum recitentur, non solùm pulcra, secundùm prouerbium, sed planè necessaria ad salutis diuinum beneficiū. Quando enim non solent in templis & scholis ista inculcari? Audiamus igitur nunc quoque commemorata ab Apostolo Paulo scribente Philippensibus: Quod restat, mei fratres, quæcunq; sunt casta, quæcunq; grata, quæcunq; benedica, si qua virtus, & si qua laus, ea considerate, quæ & didicistis, & accepistis, & audiuistis, & cognoscitis in me, ea agite, & pacificus Deus vobis aderit. Sic enim, nisi fallor, non inscitè græca in latinum sermonem conuersa sunt.

Est aliquid interiectum medium inter bonum atq; malum. Sed vitam Christianam illo in medio consistere non patitur Euangelij Christi Iesu pręconium, pacis salutisq; auctore inuitante ad palmæ contentionem incitato cursu, ad assequendum præmium, secundùm signum propositum vocationis supernæ Dei in Christo Iesu. Vbi igitur his locus in malis? Impudicitia, offensionibus, maledictis, turpitudine, dedecore: contrarijs nimirum ijs, quæ Apostolus recenset. Quàm latus hic campus aperiatur, ad notandum, reprehendendum, castigandum, apparet. Sed mihi ratio habenda est & temporis, & illustrissimi atq; splendidissimi humanissimiq; conuentus, & cauendum, ne non copia dicendi, neq; audiendi fauore, sed opportunitate deficiatur oratio mea. Quapropter finem faciam, & breuiter summam complectar omnium.

Habetis Rectorem, virtute, sapientia, eruditione inprimis præditum, doctum, solertem, comem erga omnes, erga subiectos potestati

potestati & iuri Academiæ paterna beneuolentia affectum. In hoc nemo prudentiam, diligentiam, vigilantiam, officium, fidem, benignitatem requiret. Reliquum est, vt omnes, qui sciunt atq; possunt, quasi subsidio suo in rebus difficilibus illi præstò sint, cæteri obœdiendo, obseruando, morem gerendo: muneris dicam mandati honorem, an oneris impositi pondus alleuent: vt totius temporis huius quasi prouincia pertineat & euadat ad gloriam sanctissimi nominis diuini, & Ecclesiæ Christi ornamentum, & Reipublicæ, nostræq; Academiæ inprimis decus, incrementum, & perpetuæ laudis celebrationem. DIXI.



Oratio

# ORATIO VIII.

## IN COMMENDATIONE MAGNIfici Academiæ Lipsiensis Rectoris, viri clarissimi, Dn. GEORGII MASBACHII Suuinfurtensis, artis Medicæ Doctoris,

Pronunciata ab

## HENRICO SALMVTH D.

ANNO M. D. LXXIIII.

XXIII. Maij.

QVÆ ÆTERNO DEO PRECATVS sum illo die, quo clarissimum virum D. Georgium Masbachium probatis & iustis suffragijs electū Academiæ nostræ Rectorem in huius Collegij area renunciaui, vt ea res scholæ nostræ & nobis omnibus bene atq; feliciter eueniret. Eadem nunc quoq;, dum more institutoq; maiorum eundem vobis hic sisto, ab eodem æterno Deo patre Domini nostri Iesu Christi precor: & vt vestræ mentes atq; sententię cum suffragijs nostris congruant, eaq; res Academiæ nostræ pacem, tranquillitatem, incolumitatem, incrementumque afferat opto.

Cùm autem ab omni ostentatio[illegible] me alienissimum esse, & otij ad elaborandu[illegible] hoc auditorio dignum minimè abundare, facilè statu[illegible], quibus notæ sunt vitæ meę rationes & institutum, mirabuntur for[illegible]sse aliqui, præsertim qui me hac ipsa hora pro concione ad populum dicentem audiuerunt, quid causæ sit, cur idem hoc nunc in loco conspiciar, & ad orandum surrexerim.

Ego

Ego verò sic velim sibi persuadeant omnes, mihi necessitatem allatam suscipiendi veluti hanc prouinciam. Cùm enim mea voce magnifico Rectori significatum esset, expeti rursum ab Academia nostra hoc tempore sanè difficili operam ipsius. Is qua est humanitate & modestia, quòd recusationi nullum locum esse intelligeret, passus tandem est sibi tertiò iam imponi hoc onus, obtestatus me & collegas, vt sibi in hac licentia vitæ & morum iuuentutis ne deessemus.

Cùm autem de vobis, optimi adolescentes, omnia mihi pollicendo, vestro, & meo, atq; collegarum nomine illi obœdientiam promitterem: ille statim eius rei quasi periculum facturus petit à me officium hoc, in quo eodem ipsi ante biennium affuissem. Fecit auctoritas magistratus & fidei datæ reli[illegible] quodque recusando nollem esse auctor mali exempli, & occasionem ita dare magnifico Rectori malè etiam de vestra, auditores, obedientia ominandi, hæc igitur omnia fecêre, vt huc prodierim, quemadmodum videtis. Et cùm magnificus Rector eandem prouinciam nunc adeat, quàm ante biennium sustinuit: meam mihi recusare non licuit. Dixi autem tum veteri & laudabili consuetudine ea, quæ de magnifico Rectore nostro verè commemorari posse scirem. Ea ille omnia præclarè gesto magistratu non tantùm abundè comprobauit, verumetiam superauit, & ita conspicuam atq; notam reddidit doctrinam, pietatem, sapientiam, & integritatem suam, vt minimè nunc sit opus mea prædicatione.

Delegi igitur aliam materiam, ab hac congregatione minimè, vt arbitror, alienam, hoc profectò loco dignam. Dicam enim quàm vtilis & necessaria, quàm deniq; præclara res sit scholarum cum Ecclesia coniunctio, vnde ad eas respublicas, quæ hospitio illam accipiunt, infinita commoda deriuantur, & omnes partes vitæ humanæ ornantur, augentur, iuuantur. De hoc argumento, vt me breuiter dicentem benignè audiatis, Magni

gnifice Rector, illustres & generosi Domini, pietate, sapientia, doctrina, & humanitate clarissimi viri, ea qua par est reuerentia peto.

Credimus Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem: accipimus autem Ecclesiæ nomine, non tantùm has miseras sordes & reliquias quasdam piorum in his terris: sed multò maximè cœtus angelicos & sanctos, qui cum Christo sunt in cœlis. Istic verò statuendum est, efficacissimam esse & dulcissimam κοινωνίαν Christi cum suis, & horum inter sese. Non enim profectò illi cœtus muti sunt: sed audiunt filium Dei docentem ea, quæ hîc ex parte didicerunt. Vident Dominum de facie ad faciem & suauissima harmonia vocis & animorum, sine fastidio, canunt illud, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sebaoth. Ad illam cœlestem scholam nos præparari statuamus, qui nunc in officio docendi & discendi versamur. Superinduemur enim siquidem nudi non reperiamur. His autem quid dici potest de scholarum dignitate splendidius? Sed addantur tamen alia quoque.

Narrat Moses, Cain & Abel munera Domino attulisse seu adduxisse, id quod ex Hebræis alij de loco interpretantur destinato sacrificijs, alij de Adamo, qui princeps esset sacrorum. Ego vtrumq; factum iudico, id est, certo & designato in loco eos conuenisse, & Adamum præfuisse. Cùm autem probarit Deus sacrificium Abel, certum est diuinitus traditum hunc ritum, & institutos cultus istos. Quis verò dubitet, Adamum diligenter instituisse liberos de Deo, de pecc[illegible] de promissi seminis beneficijs, quæ obsignarentur, [illegible] pe[illegible]è ingererentur istis ritibus sacrificiorum? In Epistola ad Hebræos dicitur: Fide vberiorem hostiam ab Abele oblatam Deo. Et traditur, eundem à fratre ob confessionem & professionem istius suæ fidei & sententiæ de sacrificijs in iurgio occisum. [illegible]nde apparet, diligentem fuisse auditorem patris sui [illegible]elem, & inter sacrificandum

non tam

non tàm in ceremonias, quàm in verbum Dei defixum fuisse. Illam vero vocem legis diuinæ: Si benè egeris, recipies: sin malè, statim in foribus peccatum tuum aderit: verisimile est non frigidè ab Adamo enarratam esse, cum & peccati naturam intelligeret rectius, & iustitiæ amissæ decus paulò propius aspiceret. Non dubium est etiam, de creatione & natura rerum, de motu corporum cœlestium, & alijs rebus disseruisse. Et existimandum est, propterea vitam tot seculis prorogatam primis parentibus, vt testes essent de prima origine generis humani, de initijs doctrinæ, de patefactione Dei, de forma, collectione & defensione Ecclesiæ, de iustitia, & alijs rebus necessarijs. Videtis igitur iam tum coniunctam fuisse cum Ecclesia scholam, & ita pietatis & religionis studia conseruata & propagata.

Post diluuium familiæ Noë, Sem, Abrahæ, Isaac, Iacob, quid fuerunt nisi collegia & scholæ piæ & salutaris doctrinæ? Deinde cùm lex Mosi data est, additum est mandatum de scholis: constitutum enim est, vt ad tabernaculum semper essent cœtus docentium & discentium. Hæ erant [illegible]asses Sacerdotum & Leuitarum, qui non solum occupabant[illegible] mactandis pecudibus, sed in hoc præcipuè incumbebant, [illegible] rituum & sacrificiorum edoceretur, & iuuentus [illegible], in historijs, in Musica, in Medicina instituer[illegible] [illegible]muel traditus est in disciplinam illi collegio, perinde ac si esset in Academiam bene constitutam missus. Atq; his artibus imbutus postea ipse quoq; scholam habet, ex qua Dauid, Nathan, & Gad, digni tanto magistro discipuli prodierunt.

Cùm autem negligerentur postea à sacerdotibus studia, & sacra profanis miscerentur in regno impio decem tribuum, excitauit Deus magno beneficio Prophetas, vt populum monerent, quæ doctrina & qui cultus veri essent. Et addidit Deus illustria testimonia miraculorum, vt eò certius statuerent homines hanc doctrinam esse veram. Tempore Iosaphat & Achab

fuit Elias propheta, notum autem est dictum de sex millibus annorum, quod habet titulum domus Heliæ, quæ fuit scilicet schola illius, in qua cùm de alijs rebus maximis, tum de origine & duratione mundi disputaretur, & iuuentus erudiretur.

Eliæ successit Elisæus, qui non tantum singulari auctoritate consilia politica & Ecclesiam, verumetiam studia iuuentutis gubernauit, habuit enim Elisæus, cœtum quendam auditorum in agro Hierich ntis. Sed prophetæ ministro Gehasi, qui hypocrita erat & ndax & auarus & fur; illo igitur ex communitate hac eiecto, t ntus concursus fuit discipulorum ad Elisæum, vt ludum ampliand ad Iordanis ripam in locum patentiorem cum suis concesserit. i igitur simile est, id quod Hebræi tradunt: πλεονεξία & alijs ius Gehasi ante id tempus impedita esse studia multorum, e cum isto cœtu coniungere hactenus noluissent. Tales Ge cùm omnia tempora habeant, qui desidia mendacijs, uar fraudibus & furtis obsunt rei scholasticæ, Deus orandus e & ab vnoquoq; suo loco opera danda, vt nost œ s ne hac c arte laborent. Quid autem pulcrius cogitari po li coll quale est Elisæi & discipulorum, in quo Dei & sta testimonia edit, in quo studia sunt vera a rerum & alijs rebus bonis.

De exilio quid dicemus? an tunc scholæ defuerunt? Imò, cum Iudaici reges non alerent doctores, alunt Babylonici. Daniel cum socijs instituitur doctrina Chaldæorũ, sed hunc postea vicissim summi monarchæ Nabuchdonosor & filius eius Euilmerodach, Darius Medus, & Cyrus Persa tanquã discipuli audiũt, nec se vnquã nobiliorib. discipulis quisquã iactare potuit

Post reditum ex Babylone Esdras & Nehemias constituunt œconomias & politiam, vrgent ædificationem templi, colligunt reliquias Sacerdotum, Leuitarum, cantorum, instaurant disciplinam Ecclesiasticam & collegia, illustrant doctrinam. Concinnata tum fuerunt & iuuentuti proposita scripta prophetica, vt

tica, vt extaret certum corpus doctrinæ, quod in istis confusionibus sequerentur, & cuius auctoritas sacra [illegible]. [illegible]am etiam ob causam postea in Græcum sermon[illegible] illa Deo prouidente sunt conuersa.

Paulò autem ante Machabæorum tempora [illegible] pontifices inter se certarent ambitione & doctrinam negligerent collap[illegible] scholis magnum vulnus accepit religio. Sed Machabæorum diligentia aliquæ saltem reliquiæ doctrinæ conseruatæ fuerunt. Postea creuit impudentia in populo Dei, repudiatis enim prophetarum monumentis, profana ingenia nimiùm amare cœperunt græcam philosophiam, & illam importunè miscuerunt doctrinæ cœlesti. Hinc extiterunt sectæ diuers[illegible] Pharisæorum & Sadducæorum, qui palàm epicureas opiniones professi sunt. 57.

Cùm itaq; diu horribiles essent tenebræ, rursus excitauit Deus scholas per Iohannem Baptistam, deinde per ipsum Christum, hos enim habuisse scholasticos cœtus, historia Euangelica testatur.

Exempla Prophetarum & Iohannis ac Christi imitantur Apostoli, ipsi enim suos quoq; discipulos hab[illegible]runt, Petri cum primis studiosus fuit, Marcus, Pauli Lucas, Euangelistæ. Fit & mentio in historia Lucæ septem virorum quos diaconos vocant, qui videbant, ne qua detrimentum caperet communitas illa. De quibus Stephanus martyrio insignis est. Nicolaus autem postea fœdis mysterijs infamis fuit, vt refert Epiphanius, Iohannem Euangelistam scribunt totius Asiæ Ecclesias inspiciendo administrasse, & vixisse an[illegible] [illegible]m & viginti. Constat autem suam etiam scholam hunc [illegible] & auditores frequentes, inq; his præcipuum Polycarpum, qui postea in Ecclesia Smirnea circiter quinquaginta annos doctrinam à Iohanne traditam felici-

communem nom... patriam quoq; ab Irenæo peragratam existimem.

Ecclesiam Hierosolymis primus constituit Iacobus frater Domini, Antiochiæ & postea Romæ Petrus, Byzantij Andreas, Alexandriæ Marcus. Istis autem Ecclesijs semper adiunctæ fuerunt ...olæ, vt essent seminaria doctrinæ in Ecclesia propagandæ. Inprimis autem Alexandriæ frequentissimum fuit gymnasium, vnde multa Ecclesiæ lumina orta sunt. Inde mittebantur pastores ad Ecclesias vicinarum regionum. Neq; verò licebat tùm vni aut alteri pronunciare de doctrinæ capitibus controuersis, sed hæ scholæ consulebantur. Ibi enim extabant testimonia dog... ab Apostolis accepta, quæ omnes sequi par est & decet.

Ad Nicenam synodum conuenerunt Episcopi ter centum decem & octo, studio veræ religionis & vitæ sanctitate spectati omnes, pleriq; etiam doctrina literarum & eruditione artium politi. Secuti hos fuêre presbyteri, diaconi, & laici innumerabiles: quinetiam Philosophi non pauci excitati famâ conuentus, eò se contule... Omnino fuit illud pulcerrimum pietatis religiosæ & doctr... , optimarumq; artium theatrum. At non fuerunt illi homines αὐτοδίδακτοι, sed ex scholis illis, quas modò nominaui constitutis diuinitus, & aliquantisper conseruatis, prodierunt. Vt intelligatur quidquid boni conciliatum est rei Ecclesiasticæ in hac synodo, id omne ex scholis, quasi ex sancto augustoq; fonte promanasse. Scripsit Athanasius synodum Nicenam τρόπαιον esse πά... τως, id est, signum victoriæ clarissimæ, quam reportas... ab omnibus omnium temporum hæreticis hostibus ... verò nuper perlegendo synodi istius historiam memorabilem, & ad instruendum animos his temporibus vtilem, existimaui non aberraturum iudicando eum, qui statuat exemplum etiam istic proponi luculentum, & veluti ideam eorum, quæ in similibus negotijs fieri oporteat, siquidem

quidem

quidem rectè & præclarè omnia fieri debeat.

Verùm acciderunt ista, vt poëta ait, melioribus annis. Post synodum Nicenam, aliquandiu studia doctrinæ sic satis exculta sunt, quo factum est, vt Ecclesiæ etiam status esset mediocris. Quamuis enim subinde principes auari & iniusti turbarent aliquid, & excitarentur ingenia profana, quæ corrumperent doctrinam: tamen semper contra dedit Dominus tales viros qui istos conatus sua pietate & diligentia depellerent. In Iustiniano imperatore inter alia laude digna est legum collectio, & prædicatur meritò à iurisconsultis. Verùm hanc laudem magnopere ille obscurauit, cumulatis cùm alijs malis facinoribus, tùm scholarum scelerata vastitate. Refert enim Zonaras, stipendia cum constituta vbiq; in ciuitatibus bonas artes atq; literas docentibus bonas artes atq; literas docentibus eripuisse, & intulisse suo ærario, vt pecunia reliquis sumtibus suppeteret. Vnde euenit, vt eruditione sublata, barbarie, & superstitione, atq; impietate omnia complerentur. Fuerunt enim paulò post Machometicæ blasphemiæ facilius admissæ, & potentia Saracenica ex Asia in Africam, & inde in præcipuam partem Europæ infusa, veræ religionis & optimarum artium studium, in toto penè terrarum orbe prorsus fuit extinctum.

Ducentis autem fermè annis post, diuinitus in Germania excitatus fuit Carolus Martellus, qui Saracenos magnis cladibus represit, & tandem Gallia atq; Italia eiecit. Nepos huius Carolus Magnus, pacata Gallia & Italia, Academias Parisiensem & Ticinensem constituit, & artium linguarumq; studia rursum excitauit. Quod intelligeret princeps sapiens & doctus quoq;, quantum ea res emolumenti allatura esset rebus communibus. Idem Carolus aliquot Episcopatus in Saxonia fun-

dicasse a[illegible] officii [illegible] pertinere, curare vt doctrina Ecclesiae linguarum & aliarum honestarum artium propagetur & rectè homines doceantur.

Res graecae tùm indies fiebant [illegible]riores, imperium afflictum Ecclesiae conuulsae, scholae ext[illegible] Ex quo tamen veluti naufragio religionis & optimarum artium tabulas quasdam collegit & conseruauit aliquantisper vrbs Constantinopolitana. In occidente interea varijs artibus creuit potentia Romanorum Pontificum, quibus nihil minus curae fuit, quàm doctrinae puritas. Ijs autem temporibus qui haec loca & has terras incoluerunt, tantum abest, vt bonas artes & religionem Christianam coluerint, vt contrà, quidquid huius in occidente superesset bellis omnia vastando delerent, donec domiti tandem & conditis in hac vicinia Ecclesijs, rectè de Deo erudiii ad humanitatis & pietatis cultum paulatim assuefierent.

Anni iam sunt sexcenti cum sub initium huius mensis mortem obiit in his terris Ottho imperator, cui Magni nomen peperit rerum gestarum gloria. Is domitis Sorabis & Henetis in his locis laudabili consilio instituit Ecclesias vicinas & Collegia Magdeburgense, Mersburgense, Zicense, & Misnense, vbi iuuentus, Christianis & literis & moribus informaretur, & homines legibus cicurati excultiq; doctrina pietatis & aliarum artium hanc ad posteros transmitterent. quae res postea decreto Pontificis Romani Leonis IX. origine Germani, referente Sigefrido, confirmata fuit. Atq; fuerunt ex illis collegijs postea honesta stipendia collata, sacras literas & iura docentibus in Academia nostra. Cùm autem institutum hoc collegiorum videretur vtile moribus publicis, maiores nostri pio studio ea locupletarunt, ne vnquam deessent sumtus docentibus.

Verùm hoc pacto cùm opes creuissent, & pietati superstitio successit, collegia paulatim ad sacrificos translata, opes verò collegiorum in luxum & voluptates ociosorum hominum profusae

fusæ sunt, docendi prouincia familijs monachorum delegata. Sed collegiorum exemplum hi quoq; secuti, cùm superstitionem questuosiorem docendi laboribus experirentur, literas vnà cum docendi munere deseruerunt, nouam viuendi formam commenti. His igitur doctrinæ custodibus, & occiderunt literæ, & interijt vnà pietas Christiana, superstitionibus adeò cumulatis, vt necessitas coëgerit bonos & salutares principes cogitare de scholarum instauratione, quas intelligerent fundamentum esse veræ doctrinæ & religionis.

Vir fuit præter alias virtutes singulari eruditione Fridericus secundus imperator, auus maternus Dicemanni Landgrauij, cuius apud nos sepulcrum visitur. Is in Italia Academias complures fundauit. Verùm in his terris nihil tùm auditum fuit doctrinæ eruditæ.

Cùm Carolus IIII. in Academia Pragensi, quam veluti coloniam ex illa Parisiensi deduxerat, Germanos honoribus, dignitatibus, immunitatibus, iure, & numero suffragiorum Boëmis prætulerat, quo factum est, vt multi ex his regionibus eò se studiorum causa conferrent, de quibus inprimis celebrantur Iacobus Misnensis, & Dresdensis Petrus, qui vel auctores fuerunt, vel certè socij præcipui Iohannis Hussi, in incidendis neruis regni Pontificij. Petrus postea in patria, itemq; Chemnitij, & Cygneæ ludum literarium cum magno commodo harum terrarum aperuit.

Vt autem ista de quibus dixi priuilegia Germanos in Boëmiam inuitarunt, ita odia etiam vt fit, illa res peperit & dissidia: hospites enim exagitarunt æmuli indigenæ. Accedebant & aliæ causæ, ideóq; cesserunt Germani, seq; contulerunt partim in

manis Rector fuerat vltimus Academiæ Pragensis, cooptatus in collegium Misnense Theologiam hic docuit, postea Episcopus Misnensis factus. Iohannes autem Munsterbergius summis in hac Academia honoribus & commodis auctus fuit.

Tradi igitur iam tùm singulari Dei beneficio in hac schola cœperunt artes bonę, sed tamen inuoluta erant omnia superstitionę, linguæ latinæ vsus erat corruptissimus, gręcæ nullus, Hebraicam fortasse ne fando quidem audierant nostri homines. Anni autem nunc sunt centum cùm post captam à Machomete Constantinopolin, & expugnatam Calcidem, fœda strage Christianorum edita, Musæ è Græcia pulsæ abierunt in exilium, quæsitum nouas sedes in Italia, deducentibus eas multis præstantib. viris, quorum opera restitutæ ex Græcis fontibus disciplinæ reuixerunt, quæ Gotthicis vastationibus iacuerant sepultæ profunda barbarie.

Primus Græcarum literarum studia in Italia excitauit Emanuel Chrysoloras, qui Venetijs primùm, deinde Florentiæ Romæque ac demum Ticini docuit, cui deinde alij successerunt. Chrysoloram audierat Gregorius Tiphernas, à quo Græca lingua Lutetiam Parisiorum reducta est. Tiphernati successit Hieronymus Spartiata Græcus, quem Reuchlinus audiuit, & semina linguæ græcæ in Germaniam intulit.

Latini homines Græcorum æmulatione ad patriam ipsi quoq; linguam, quæ penè funditus collapsa erat, instaurandam accenduntur, atq; ita leges publicæ emendatæ sunt, & expurgata nonnihil religio, quæ iacebat monachorum somnijs obruta & oppressa. Et, nisi diuinitus in Italiam Græcia commigrasset, futurum erat, vt prorsus obsolesceret latina lingua, viciata conspurcataq; fœda barbarie, & græcæ linguæ ne quidem vestigia iam vlla extarent, occidissentque vnà monumenta religionis nostræ, nec iam sacrorum librorum titulos, amissa græca lingua, quisquam intelligeret.

Hæ igi-

Hæ igitur linguæ cùm certatim in ſcholis Italiæ & Galliæ magno ſtudio colerentur, proſperrimo ſucceſſu latè ſparſæ,& magnam lucem artibus omnibus,& ad repurgationem doctrinæ Eccleſiaſticæ momenti plurimum attulerunt. A Reuchlino ſemina græcæ linguæ, & doctrinæ eruditę percepta in Italia & Gallijs, Germaniæ illata diximus, & ab alijs alibi, à Simlero Tubingæ propagata, cupidiſsimè & facilimè admiſit, & poſtea cum magno fœnore reddidit Philippus Melanthon. Cœpit etiam tum Eraſmi Roterodami nomen magnopere celebrari. Ricardus autem Crocus Britannus, qui ipſe quoq; in Gallia græcas literas didicerat, in hanc Academiam docendi cauſa venit, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo quinto. Et paulò poſt Petrus Moſellanus, quos veluti cœlo demiſſos venerati ſunt omnes, cùm rei nouitas plurimorum animos admiratione commoueret.

Sed inprimis ſtudioſè & conſtanter hos audiuit Ioachimus Camerarius, natus ad inſtauranda optimarum artium ſtudia, vt euentus docuit. Ex huius enim ſcholis, quas aliquandiu Norinbergæ, & Tubingæ & deniq; apud nos totis annis triginta tribus habuit, tanquam ex equo Troiano prodierunt magni exercitus, fœdam illam barbariem ab Eccleſia & Republica depellentium, inter quos etiam magnifici Rectoris noſtri opera conſpicua fuit, quam diu nauauit ſcholæ noſtræ græcas literas in hac docendo.

Si qui non poſſunt exiſtimare, quantum decus & commodum hæc Academia, atq; adeò tota res literaria amiſerit, ij deinceps carendo ſcilicet intelligent. Ego ſic ſtatuo itaq; mihi perſuadeo, ſingulari Dei beneficio coniunctos fuiſſe in his terris

arbitror, audiendi fauore, sed oportunitate oratio mea deficitur. His autem viris omnibus iam è medio sublatis, quid deinceps sperandum, vel potius non metuendum sit, non libet nunc male ominando persequi.

Quæ autem hactenus commemorauimus de fructuosa & necessaria scholarum cum Ecclesijs copulatione, & progressionibus doctrinæ, inde vsq; ab initio, de incrementis bonarum literarum & pietatis in his terris & Academia nostra: hæc igitur eò pertinent, vt excitati Deo pro tantis beneficijs gratias agamus, vtq; suo quisq; loco tanta bona apud nos conseruari, & ad posteros transmitti studeat.

At quo pacto inquiet aliquis? dicam breuiter. Habemus leges, inde sibi quisq; quod sequatur capiat, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitet. Habemus custodem legum magnificum Rectorem, virum eruditione, virtute, sapientia præstantem: cuius neq; in tuendo statu Academiæ fides desiderabitur, neq; in commodis conciliandis diligentia. Huic omnes, qui sciunt & possunt, quasi subsidio suo, in rebus difficilibus præstò sint. Cæteri obædiendo, obseruando, morem gerendo, officium suum faciant, & commententur assiduè id, quod veterum quidam scripsit, obædientiæ filiam esse salutem, atq; incolumitatem. At improbi secedant, secernant se à bonis, turbare desinant, sit deniq; inscriptum in fronte vniuscuiusq;, quid de nostra communitate sentiat. Tum tu æterne Deus, cuius opus est natura vniuersa, iniurias omnes à Scholis, Ecclesia, & politijs, à vita fortunisq; nostris arcebis: & omnes inimicos bonorum, hostesq; congregationis nostræ depelles, loqueris ad eos in ira tua, & in furore tuo eos conturbabis. DIXI.